FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

**Isidorus <Hispalensis>**

**Parisiis, 1524**

INCIPIVNT DECRETA SYMMACHI PAPE.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505**

Visual Library

ſtodiat glorioſiſſime & clementiſſime ſemper auguſte,

# INCIPIVNT DECRETA SYMMACHI PAPE.

i ¶ Vt res eccleſie non alienentur, ſed clericis vel monachis aut peregrinus in vſũ tantummodo largiantur.

ii ¶ Vt nullus honorem premiis accipiat.

iii ¶ Vt raptores viduarum vel virginum ab eccleſie communione pellantur

iiii ¶ Vt vidue vel virgines profeſſe continẽtiam, vltra non nubant

v ¶ Vt nullus per ambitum ad epiſcopatum accedat.

A DILECTISSIMO FRATRI CESARIO SYMMACHVS, hortatur nos eq̃tas poſtulationis deſiderio tue fraternitatis gratãter annuere, quia de ſigulis que ab apoſtolica ſede concedere ſupplicas quod a pattum cautela & prouiſione non diſcrepat. Et quamuis eccleſiaſtice pene regule omnia comprehendant, tamen ſuperfluum eſſe non credimus, nunc que ſunt ſepius interdicta repetere.

Capitulum primum.

B ¶ Poſſeſſiones igitur quas vnuſquiſqꝫ eccleſie proprie dedit aut reliq̃t arbitrio, alienare quibuſlibet titulis atqꝫ diſtractionibus vel ſub quocunqꝫ argumento non patimur, niſi forſitan aut clericis honorũ meritis, aut monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis ſi neceſſitas largiri ſuaſerit, ſic tamen vt hec ipſa non perpetuo ſed temporaliter perfruantur.

Capitulum ſecundum.

C ¶ Illud magnopere cõmonens vt hi qui non dei gratia, ſed promiſſione rerum eccleſiaſticarũ premiſſa ad ſacerdotium conantur accedere deſideriorum talium reprimãtur effectus. Qui autẽ ab huiuſmodi ſe intentione non cohibent vindictis canonum ſciant ſe ſine dubitatione ſubiciendos, ne facile ad ſacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus & tempora conſtituta ſunt, per que ad hanc dignitatem debeant aſpirare, quia quicunqꝫ ſine ſtatuto promouetur non facile caret offenſa, & ſine experimento non poteſt quis electionis obtinere ſententiam.

Capitulum tertium.

D ¶ Raptores igitur vel viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius perſequendo qui ſacras virgines vel volentes vel inuitas matrimonio ſociare tentauerunt, Quos pro ea nefandiſſimi criminis atrocitate a communione ſuſpendi precipimus.

Capitulum quartum.

E ¶ Neqꝫ viduas ad nuptias tranſire patimur que in religioſo propoſito diurna obſeruatione permanſerunt. Similiter virgines nubere prohibemus quas annis plurimis in monaſteriis etatem peregiſſe contigerit.

Capitulum quintum.

F ¶ Nullus itaqꝫ per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur. Quis dubitat quod religioſis & deo ſeruientibus incurrat obprobriũ? Si quis epiſcopatum deſiderans data pecunia potentes perſonas minime ſuffragatrices adhibeat, nec ad decretum ſibi faciendum clericos vel ciues ſubſcribere adhibito cuiuſlibet generis timore compellat, vel premiis aliquibus hortetur. Decretum ſine viſitatoris preſentia nemo conficiat, cuius teſtimonio clericorum ac ciuiũ poſſit vnanimitas declarari, Hortamur itaqꝫ vt pro catholice religiõis intuitu eccleſiarum pace hec vniuerſa fideles deuota mente cuſtodiant, quia non eſt dubium preuaricatores interdictorum talium iuxta venerandos canones ꝓprie communionis ſubire iacturam hoc tamen ad omnium epiſcoporum volumus efferi notitiam. Deus te incolumem cuſtodiat frater cariſſime. Data octauo Idus Ianuarii probo. c. conſule.

## ¶ INCIPIVNT CAPITVLA PRIME SYNODI ROMANE SVB SYMMACHO PAPA.

i Suggeſtio fulgentii archidiaconi eccleſie
Romane de congregata ſynodo ex pre-
cepto pape ſymmachi.
ii ¶ Interlocutio ſymmachi vt epiſcopalis
ambitus radicitus amputetur.
iii ¶ Sententia ſynodi vt ſi quis papa ſuper
ſtite pro romano pontificatu cuiꝗ quoli
bet modo fauorē preſtare conuincitur, lo
ci ſui ordine vel cōmunione priuetur.
iiii ¶ Vt ſi papa preuētus morte nō potue-
rit ante de ſui ſucceſſoris electione decer-
nere, is ordinetur antiſtes quē cunctus cle
rus aut certe pars maior elegerit.
v ¶ Vt ſi quis ambientes, vel fautores am
bientium coniuratoreſqꝫ prodiderit non
ſolū purgatus videatur eſſe ſi fuerit par-
ticeps, verum etiam remuneratione di-
gniſſimus eſtimetur.

A

POST CONSVLATVM PAVLINI VIRI CLARISSIMI CALENDAS
martii in baſilica beati Petri apoſtoli ſynodo preſidente beatiſſimo papa Symmacho ful-
gētius archidiaconus dixit. Capitulum primum.
¶ Beatitudo veſtra directis ante hac per ꝓuīcias auctoritatibus frequenter Italie ſacer-
dotum ſynodū cōuocauit, quorū preſentia in veſtris videtur oculis cōſtituta. Nunc beatitudo veſtra
que ad eccleſiaſticas indēnitates vel ad pacē totiꝰ eccleſie pertinēt, ſiue cōcordiā dignetur tractabiliter
ordinare. Acclamatū eſt ab omnibꝰ epīs & pbr̄is. Exaudi xp̄e, ſymmacho vita. Dictū decies. Cuius
ſedē & annos, dictū eſt nonies, vt facias rogamus. dictum eſt decies. Capitulū ſecūdū. B
¶ Symmachus ep̄s eccleſie catholice vrbis rome dixit. Concilium dilectionis veſtre neglecta hyemis
aſperitate, ſollicitudo veſtra pro eccleſiaſtica indēnitate ſpēaliter cōgregauit vt ep̄alē ambitū & cōfuſio
nis incertū, vel popularē tumultū quē ꝑ ſurreptionē diaboli vſurpatione aliquorū, tēpore ordinatiōis
mee cōſtat exortū, cōicato ꝑiter tractatu in futurū poſſimus robuſte ac viuaciter amputare. Atqꝫ ideo
caueamꝰ ī poſterū ne ſubuerſio diſcipline aut audacia p̄ſumētiū geſtiat tētare ſimilia, & pari adiuua-
tione tactemus expreſſis. ſ. ſentētiis ſanciētes quid circa romani ep̄i ordinationē debeat cuſtodiri Vni
uerſi ep̄i vel pbr̄i dixerūt, vt fiat rogamꝰ dictū eſt decies, vt ſcandala amputentᷣ rogamꝰ, dictū eſt no-
nies, vt ambitus extingatur rogamꝰ dictū eſt decies, exaudi xp̄e, ſymmacho vita dictū eſt ſepties. Cu
ius ſedē & annos, dictū eſt quinquies, vt de p̄nti fiat, dictum eſt decies, Symmachus ep̄s dixit. Quo-
niā fraternitas vr̄a curā ꝓuiſionis noſtre ſuis exhortationibꝰ īcitauit, & parilē circa eccl̄ie tranquillitatē
dei noſtri cōtēplatio animū preſtat, ſicut prefati ſumꝰ deliberatiōe in preſenti habita quid placeat ex
oībus veſtris in formate inſentētiis que in hoc venerabili concilio per eccl̄iaſtica recitentur officia Cūqꝫ
ſurrexiſſent & paulopoſt iterū cōſediſſent, Emilianꝰ notarius ſynodi decreta vulgauit Cap. iii.
¶ Propter frequētes ambitꝰ quorūdā & eccleſie nuditatē vel populi colliſionē que moleſte & incōpe- C
tenter ep̄atū deſiderantiū gn̄auit auiditas, vt extingatur futuris preſūptio tā ꝑnitioſa tēporibꝰ conſti
tuit ſancta ſynodus vt ſi quis pbr̄ aut diaconus aut clericꝰ papa īcolumi & eo īconſulto aut ſubſcriptio
nē ꝓ romano pōtificatu cōmodare aut p̄cia ꝓmittere aut ſacramētū prebere tētauerit aut aliquod cer
te ſuffragiū pollicereri, vel de hac cauſa priuatis cōuenticulis factis deliberare atqꝫ decenere, loci ſui di-
gnitate atqꝫ cōione priuetur, vniuerſa ſynodus ſurgens acclamauit. Exaudi xp̄e, ſymmacho vita, di-
ctum eſt decies hic pax cum ſymmacho dictū eſt quindecies. Cuius ſedē & annos dictū eſt octies,
Pari ſeueritate feriendo eo qui hoc viuo ſicut dictū eſt pōtifice quolibet modo fuerit cōuictꝰ aut cer
te tentaſſe oībus pariter huiꝰ culpe reis anathematis pena plectēdis Symmachus ep̄s dixit. Ergo vni
uerſitati placet & ab omnibꝰ recognoſcitur vel probatur iſta ſententia. Vniuerſa ſynodus dixit, placet,
& quod omnibus placet fiat. Capitulum quartum. D
¶ Si quod abſit tranſitꝰ pape īopinatꝰ euenerit vt de ſui electiōe ſucceſſoris vt (ſupra placuit) nō poſ
ſit ante decernere ſiquidē in vnū totius īclinauerit eccl̄iaſtici ordinis electio cōſecretur electꝰ ep̄s. Si
eni vt fieri ſolet ſtudia ceperit eſſe diuerſa eorū de quibus certamen emerſerit, vincat ſentētia plurimo
rum Synodus dixit placeat dictū eſt decies. Capitulum quintum.
¶ Propter occultas autē fraudes quas huiꝰ ſn̄ia diſtrictionis cōſequitur. Si quis ad eccleſiaſticā ꝑtule E
rit noticiā cōſilia eorū qui cōtra hāc ſynodū de pōtificali egerint ambitu & rōnabili ꝓbatiōe cōuice
rit particeps actionis hm̄oi nō ſolū purgatꝰ ab oī culpa ſit, ſed etiā remuneratione que nō indigna ſit
ſubleuetur, vniuerſa ſynodꝰ dixit, Placēt oīa, Et adiecit. Exaudi xp̄e, ſymmacho vita, dictū eſt trede-
cies vt iſta ſeruētur rogamꝰ dictum eſt decies. ¶ Symmachus ep̄s catholice eccleſie vrbis Rome dixit E
acclamationes vr̄as ſynodicqꝫ iudiciū p̄ntia geſta ſuſcipiēt Et adiecit Ea que ad ſopiēdos veternoſe p̄ſū
ptiōis errores vl' īſenſe rebus eccl̄iaſticis egritudinis morbos qbꝰ vniuerſalis īficiebatᷣ eccl̄ia deliberatio

religioni congrua paciqꝫ reſtituit, firmitatem perpetem ſortianturvt preſtante deo quem cuſtodem
rerum conſtat eſſe bonarum ſynodalis ordinatio vigeat,atqꝫ omnis qui ſine perſone alicuiꝰdiſtinctio
ne venite preſumpſerit,indicta ſuperius diſtrictione plectetur. Et ſubſcripſeruntCelius ſymmachus
epiſcopus eccleſie catholice vrbisRome his ſynodalibus conſtitutis a me probatis atqꝫ firmatis cōſen⸗
tiens ſubſcripſi,Celius ruſticus epiſcopus ciuitatis minturnēſis ſubſcripſi & cōſenſi ſynodalibus, con
ſtitutis atqꝫ in hac profiteor me manere ſententia,Celius boneſacius epiſcopus eccleſie beliternenſis
ſubſcripſi&conſenſi ſynodalibus cōſtitutis atqꝫ in hac me profiteor manere ſententia,Meſenus huma
nus,Rufin us camiſinus,Creſconius tudertinus,Clarus alliſanis,Baſilius tolletanꝰ, Vitalis fundanꝰ,
Decius trincabernus,Innocentius nubanatis,Vitalianus roſellanus,Maximus breſanus,Conſtantiꝰ
capuanus,Benignus aquieninenſis,Fortunatus ſueſanus,Palladius ſulmontinꝰ,Vindemiꝰ, Anteati
nus,Conſtantius vtriculanus,Iohannes ariminenſis , Germanus piſaurenſis,Martinus terracinēſis
Candidus tiburtinus,Laurentius tribenſis,Vitalianus narmienſis, Paſchaſius vultinuenſis,Fortuna
tus epiſcopus eccleſie anagnine pro ſanctulo epiſcopo ciuitatis ſignine quia ſubſcribere nō potuit pro
eodem ſubſcripſi,Valerius calenotanꝰ,Feliciſſimus foroſumpromenſis, Valentinus aminternas pro⸗
Romano epiſcopo eccleſie pytanitiū ſubſcripſi , Colonius foroliuienſis, Epiphanius beneuentanus
Iohannes ſpoletinus,Conſtantius benefranus,Maximianus peruſinus, Saluſtius cameninus,Lucia⸗
nus tarquinenſis,Molenſis centumcellenſis,Florentius pleſtanus, Maximianus ſubauguſtanus,For
tunatus fulgentanus,Iohannesvinonenſis,Gaudentius tadinatis, Mercurius ſurtinus,Serenus mur
nentanus,Iuſtus acerontinus, Adeodatus ceronſis,Stephanus mirſinenſis,Dulcitius ſabinenſis,For
tunatus anagninus,Felix nepeſinus,Serenus nolanus,Ancilpius puteolanus,Timotheus abellinaris
Roſarius ſurrentinus,Stephanus neapolitanus,Roſarius eṗs pro fratre meo Vrſo epiſcopo ſubſcripſi,
Bellator oſtienſis, Gaudentius vulcinenſis,Marius tiſernitius Item Gaudentius epiſcopus vulcinen
ſis,Lampadius pro Proiecto epiſcopo forononano,Adeodatus formenſis,Quintus theanenſis,Vr⸗
ſus ſtabianus,Gaudentius ſalernitanus,Saturninus herdonitanus, Subſcripſerunt epiſcopi numero
ſeptuaginta tres,Celius, Laurentius archipreſbyter tituli lixide , hic ſubſcripſi & conſenſi ſynodalibus
cōſtitutis,atqꝫ in hac me profiteor manere ſententia,Ianuarius preſbyter tituli veſtine,Sebaſtianꝰ pre
ſbyter tytuli equitii,Martianus preſbyter tytuli ſancte cecilie,Valētinus preſbyter tytuli Euſebii,Gor
dianus pbr̄ tituli pammachi,Anaſtaſius preſbyter tituli anaſtaſie,Petrus preſbyter tituli ſancti Cle⸗
mentis,Genaſius preſbyter,tituli nichomedis,Vrbicus preſbyter. tituli,Sancti clemētis, Dioniſiꝰ pbr̄
titu Emiliane,Paulirius preſbyter titu. ſancti Iulii,Epiphanius preſbyter tituli apoſtolorum , Valens
preſbyter tituli fancte ſabine,Acertius preſbyter tituli faciole , Agapitus preſbyter tituli apoſtolrum,
Adeodatus preſbyter titu. equitii,Petrus preſbyter ti. griſogoni,Benedictus preſbyter titu. gaii,Sopa
nus pbr̄ titu. veſtine,Dominicus pbr̄. titu. priſce,Iſterius preſbyter titu.pudentis, Redemptus preſby
ter titu. trigide,Felix preſbyter titu,equitii,Seuerus preſbyter titu. gaii,Redemptus preſbyter tiu. gri⸗
ſogoni,Stephanus preſbyter titu. marcelli,Prorecticius preſbyter titu. damaſci,Creſcentiꝰpreſbyter ti
tu. apoſtolorum, Iouinus preſbyter titu,emiliane,Iulianus preſbyter titu. anaſtaſie , Bonus preſbyter
titu. creſcentiane,Septimus preſbyter titu. iulii,Paſchaſius preſbyter titu, euſebeii, Cyprianus preſby⸗
ter tituli marci,Iohannes preſbyter tituli pammachii,Epiphanius preſbyter tituli faciole,Sebaſtianus
preſbyter tituli nichomedis,Bonefacius preſbyter tituli cecilie, Martinꝰ preſbyter titu. ciriaci,Petrus
preſbyter tituli praxedis,Andreas preſbyter tituli ſancti timothei,Timotheꝰ preſbyter tituli marcelli
Epyphanius preſbyter tituli ciriaci,Hylarius preſbyter tituli lucine,Seruus dei preſbyter tituli ſancti
clemētis,Victorius preſbyter tituli ſabine,Opilio pbr̄ titu. veſtine,Laurentius pbr̄ tituli ſancti lauren
tii,Petrus pbr̄ tituli griſogoni,Eutices pbr̄ tituli emiliane,Romanus pbr̄ tituli trigildie, Iulianus pbr̄
tituli anaſtaſie,Marcellinus pbr̄ tituli iulii,Marcus pbr̄ tituli lucine,Dominicus pbr̄ tituli treſcentiane
Vicemalus pbr̄ tituli creſcentii, Abūdātius pbr̄ tituli ſabine,Abundius pbr̄ tituli marci,Marcellus pbr̄
tituli romalii,Venantius pbr̄ tituli marcelli,Aſellus pbr̄ tituli vitantii , Stephanus preſbyter tituli eu⸗
ſebii,Agatho preſbyter tituli vizantis,Paulinus preſbyter tituli ſancti Laurentii. Subſcripſerunt epi⸗
ſcopi numero ſexaginta tres.

A ❡ Cyprianus dyaconus ſancte eccleſie Romane regionis ſeptime his ſubſcripſi,& conſenſi ſynoda⸗
libus conſtitutis,atqꝫ in hac me profiteor manere ſententia, Anaſtaſius diaconus regionis prime ſub⸗
ſcripſi,Citonatus diaconus quinte regionis ſubſcripſi,Iohannes diaconꝰ regionis ſecunde ſubſcripſi,
Tarenſis diaconus regionis prime ſubſcripſi, Tertullus,diaconus regionis quarte ſubſcripſi.

Explicit.

¶ Exemplar conſtituti, facti a domino Symmacho papa de rebus eccleſie conſeruandis.

FLAVIO VIRO CLARISSIMO IVNIORE CONSVLE SVB A
die octauo Iduum nouembrium in Baſilica beati Petri apoſtoli reſidente ve-
nerabili viro papa Symmacho, vna cū venerabilibus viris Laurentio, Maxi-
mo reſidentibus epiſcopis, etiam Petro, Laurentio, Emiliano, Trigidio, Feli-
ce, Baſſiano, Creſconio, Pacatiano, Benigno, Ruſentio, Innocētio, Iohāne, Ma-
ximo, Stephano, Iohāne, Sereno, Eulalio, Proculeio, Fortunato, Laurētio, Eu-
ſtachio, Martiāo, Iocūdo, Cādido, Fortunato, Felice, Euticio, Helpidio, Aprile,
Innocentio, Mercurio, hylario, Fortunato, Concordio, Aſello, Innocentio, Stephano, Gerontio, Pa-
ſcaſio, Vitale, Memore, Seuerino, Hilario, Venerioſo, Innocentio, Caſto, Colonico Siluino, Maximi-
liano, Areſtone, Seuerio, Propinquo, Martino, Valentino, Sebaſtiano, Romano, Vindemio, dulcitio,
Victore, Vrſo, Mercurio, Aſello, Seruo dei, Adeodato, Aſterio, Martiniāo, Felice, Euſebio, Auguſto,
Proiecticio, Criſogono, Venantio, Ruſtico, ſaluſtio, Probo, Amando, Baſilio, & florentio epiſcopis,
Reſidentibus etiam, Proiecto, Martino, Epiphanio, Sebaſtiano, ſeruo dei, Octauiano, Epiphanio,
Anaſtaſio, Abundantio, Vicomalo, Paulino, Iuliano, Marcello, Agathone, Benedicto, Creſcētiano,
Paſcaſio, Iuliano, Seuero, Paulino, Adeodato, Iohanne, Timotheo, Laurentio, Hylario, Marco, Ste-
phano, Binantio, Petro, Petro Criſogono, Littorio & criſogono, Timulo vel Maximino, Fortuna-
to preſbyteris, Aſtātibus quoqꝫ diaconibus, Anaſtaſio, Hormiſda, Iohanne & agapito, Symma-
chus epiſcopus eccleſie vrbis Rome dixit.

¶ Bene quidem fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibꝰ obſecuta. Sub diuini timore iudicii, que erāt B
inſtituēda diffiniuit, & ad iuſticie cumulū perduxit ſufficiēter dum vniuerſa cōplectitur, nec adie-
ctione indiget plenitudo, maxime de clericis quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſcipline
eccleſiaſtice fecit reſpuere, quos ꝓpterea ſchiſma feciſſe apud vos conſtitit, quibus miſericordiā tamē
quā deus mandat vniuerſis impēdi, vt oportuit nō negaſtis, ſi duritia cordis eorum nō ſibi acquirat
penam dum cōtēnit oblata remedia. Quorum exceſſus ad enarrādum difficile eſt, vnū tamē quod
occurrit venerando ordini veſtro intimare nō differo. Dixerunt inter alia ſcripturam quandā illu-
ſtris memorie baſilium quaſi ꝑ eccleſiaſtice amore ſubſtātie cōſcripſiſſe, in qua nullus Romane eccle-
ſie nec interfuit, nec ſubſcripſit antiſtes, per quē potuiſſet ſortiri legitimā firmitatem. Ne ego inde di-
ſputē, vnde poteſt veſtrū iudicare cōcilium requiratur & deferatur in mediū vt lectione agnoſcatis
cuiuſmodi poſſit habere conſtantiam. Sancta ſynodus reſpondit. Deferatur in mediū, vt cuiuſmo-
di ſit poſſit agnoſci. Et dum diceret hormiſda diaconus recitauit.

¶ Cum in vnū apud beatū Petrum apoſtolum reſediſſet, ſublimis & eminētiſſimus vir prefectus C
pretorio atqꝫ patricius agens etiā vices p̄cellentiſſimi regis odoacis Baſilius dixit. Quāq̄ ſtudii no-
ſtri & religionis interſit, vt in epiſcopatꝰ electione cōcordia principaliter ſeruetur eccleſie, ne per occa-
ſionem ſeditionis ſtatus ciuilitatis vocetur in dubium tamen admonitione beatiſſimi viri pape no-
ſtri ſimplicii quē ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe
mandatū, vt p̄ter vllum ſtrepitum & venerabilis eccleſie detrimētum, ſi eum de hac luce tranſire cōti-
gerit, non ſine noſtra cōſultatione cuiuſlibet celebretur electio. Et cū legeret Creſconius epiſcopꝰ ciui-
tatis Tudertine eccleſie ſurgēs e cōſeſſu dixit. Hic perpendat ſancta ſynodꝰ, vt p̄termiſſis religioſis
perſonis quibus maxime cura eſt de tāto pōtifice in ſuā redigeret poteſtatem qđ cōtra canones eſſe
manifeſtū eſt. Item hormiſda diaconus legit, ne quid cōfuſiōis atqꝫ diſpendii venerabilis eccleſia ſu-
ſtineret, miramur p̄termiſſis nobis quicq̄ fuiſſe tētatū cū ſacerdote noſtro ſuperſtite nichil debuiſſet
aſſumere, Quare ſi amplitudini veſtre vel ſanctitati placet incolumia omnia que ad futuri antiſtitis
electionem reſpiciunt. Religioſa honoratione ſeruemus. Hāc legem ſpecialiter preferentes quā no-
bis heredibꝰ ꝓ noſtris Chriſtiane mētis deuotiōe ſancimus, ne vnq̄ prediū ſeu ruſticū ſiue vrbanū,
vel ornamēta, aut miniſteria eccleſiarū que nūc ſunt vel ex quibuſlibet titulis, ad eccleſiarū iura per-
uenerūt, ab eo qui nūc antiſtes ſub electiōe cōmuni fuerit ordinādus & illis qui futuris ſeculis ſequē-
tur, quocūqꝫ titulo atqꝫ cōmento alienare voluerit. Inefficax atqꝫ irritū iudicetur, ſitqꝫ facienti, con-
ſentienti, accipientiqꝫ anathema. Maximꝰ ep̄us pledane eccleſie dixit. Modo ſancta ſynodus digne-
tur edicere, licuit laico homini anathema in ordine eccleſiaſtico dictare, aut ſi potuit laicus ſacerdoti
anathema dicere, & cōtra canones qđ ei non cōpetebat cōſtituere. Dicite nobis quid videtur, de me li-
cuit laico legē dare. Sācta ſynodꝰ dixit nō licuit. Et adiecit lege ſequētia. Hormiſda diaconus legit.

git. Et his qui predium ruſticū vel vrbanū iuris eccleſiaſtici fuerit conſequutus, nouerit ſe nulla lege
vel pſcriptione munitū, ſed ſiue is qui alienauerit ſiue eum qui frequēter, & voluntate cōtraria pdiū
huiuſmodi alienatum reuocare tētauerit, id cū fructibus reſtituat, qui illud fuerit cōſequutus. Et cū
legeret Stephanꝰ epiſcopus venuſinꝰ eccleſie ſurgens e conſeſſu dixit perlegatur. Hormiſda diaconꝰ
legit. Quā etiā penā placuit accipientis heredes ꝓheredeſqꝫ reſpicere, in qua re cuilibet clericorum
cōtradicēdi libera ſit facultas, iniquū eſt enim & ſacrilegii inſtar, vt que vel ꝓ ſalute, vel ꝓ requie ani
marū ſuarū vnuſquiſqꝫ venerabili eccleſie pauperū cauſa cōtulerit, aut certe reliquerit ab his quos ma
xime ſeruare cōuenerat in alienitatē trāſferātur. Plane quecūqꝫ in gemmis auro vel argēto, necnō &
veſtibus minus apta vſibus vel ornatui eccleſie videbuntur, que ſeruari ac diu manere nō poſſunt,
ſub iuſta eſtimatione vēdantur, & erogationi religioſe ꝓficiāt. Cūqꝫ lecta fuiſſet Laurētius mediola-
nēſis ecccleſie epſ dixit. Iſta ſcriptura nullū Romane ciuitatis potuit obligare pōtificē, quia nō licuit
laico ſtatuēti in eccleſia pter papā Romanū habere aliquā poteſtatē cui obſequēdi manet neceſſitas
non auctoritas imperandi. Maxime cum nec papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundū ca
nones metropolitani aſſenſus legatur. Petrus epſ Rauēnatis eccleſie dixit. Scripturā que i noſtra cō
gregatione vulgata eſt, nullis etiā viribꝰ ſuſtineri manifeſtū eſt, quia nec canonibꝰ cōuenit & a laicali
cōcepta pſona videtur, maxime qa i ea nullꝰ pſul ſedis aplice interfuiſſe vl ꝓpria ſubſcriptiōe firmaſſe
mōſtratur. Eulaliꝰ epus ſiracuſane eccleſie dixit. Scriptura que i ſacerdotali concilio recitata eſt eui-
dētiſſimis documētis cōſtat inualida. Primū quod cōtra patrū regulas a laicis ꝗuis religioſis quibꝰ
nulla de eccleſiaſticis facultatibꝰ aliqd diſponēdi legitur vnꝗ attributa facultas facta videtur. Deinde
quod nulliꝰ pſulis aplice ſedis ſubſcriptiōe firmata docetur. Q đ ſi cuiuſlibet ꝓuintie ſacerdos intra
ſuos terminos cōcilio habito, quicqd ſine metropolitāi ſuiue antiſtitis authoritate teſtatꝰ fuerit irritū
eſſe debere patres ſancti ſanxerūt, quātomagis qđ i aplica ſede nō exiſtēte preſule qui per ꝓrogatiuā
meriti beati Peti apli per vniuerſum orbē primatū obtinēs ſacerdotii ſtatutis ſynodalibꝰ cōſueuit tri
buere firmitatē a laicis licet cōſentientibꝰ aliquātis epis, qui tamē pōtificio quo cōſecrari ꝓbantur piu
diciū inferre nō potuerūt pſumptū fuiſſe cognoſcitur viribꝰ carere nō dubiū eſt, nec poſſe inter eccle-
A ſiaſtica vllo modo ſtatuta cēſeri. ¶Sancta ſynodꝰ dixit, licet ſecundū ꝓſecutionē venerabiliū fratrū
noſtrorū Laurētii, Petri, Eulalii, Creſconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertū habetur hanc
ipſam ſcripturā nulliꝰ eſſe momēti quā etiā ſi aliqua poſſit ſubſiſtere ratione modis oībꝰ in ſynodali
cōuētu ꝓuida beatitudinis veſtre ſnia eneruari cōueniebat, & i irritū deduci, ne in exēplū remaneret
pſumēdi quibuſlibet laicis ꝗuis religioſis vel potētibꝰ i quacūqꝫ ciuitate quolibet modo aliquid de-
cernere de eccleſiaſticis facultatibꝰ quarū ſolis ſacerdotibꝰ diſponēdi indiſcuſſe a deo cura cōmiſſa do
cetur. Symmachꝰ epſ dixit. Mō qa deus pſentiā veſtrā votiuā michi ſub qualibet occaſione cōceſſit
volo ſi placet rē fieri firmā quā credo eccleſiaſticis facultatibꝰ cōuenire, vt noſcāt oēs quos in me vanꝰ
furor excitauit nichil me magis ſtudere quā vt ſaluū eſſe poſſit qđ michi eſt a deo ſub diſpēſatiōe cō
miſſum, ſed etiā quibuſlibet dnm timētibꝰ gratū eſſe debeat, & ad eccleſiaſtici cuſtodiā patrimonii
ptinere. Sctā ſynodꝰ dixit. Scimꝰ ꝓuiſionē tuā neceſſariis ſtudere, & ideo ivra eſt ptāte ſequēda diſpo
nere. Symmachꝰ epſ ecclie catholice vrbis rome dixit. Magna quidē venerāda & ſacerdotali debetur
cura ꝓpoſito cui iminet de ſtudio que recta ſūt nō de neceſſitate diſponere. Sed quoniā i aliquibꝰ in
aliena poſtulātibꝰ viciorꝝ mater auaritia repudiatis honeſtatis repagulis, totū putat expedire qđ li-
bet, & ita dū pde ihiat patiētia ſupne pietatis abutitur expectātibꝰ correctionē celo moderāte iudiciis
ſe exiſtimāt nō teneri, cū clarū ſit qđ apud certos i occaſionē rapiēdi ꝓcedat diuine mora ſnie. Sed no
bis quos paſtoralis cura & eccliaſtice aſtringit ꝓ diſpēſatiōe credita ratio reddēda ſubſtātie opꝰ eſt, vt
ſollicitudinē noſtrā nō ſolū ad pſentia, ſed etiā ad ſecutura ſecula porrigamꝰ, ne ad aie noſtre detrimē
ta cōtingat, ſed hi q poſſunt ſtatutis debere innocētiā pſumētes de libertate deliquerant cū religioſa
B poſſint & nra & ſucceſſoris nri ptāte fulciri legibꝰ eccleſiaſticis ſeruiētes. ¶His ergo perpēſis māſuro
cū dei nri diuina cōſideratiōe decreto ſanximꝰ, vt nulli aplice ſedis pſuli a pnti die donec diſponēte
dño catholice fidei māſerit doctrina ſaluatoris liceat pdiū ruſticū quātecūqꝫ fuerit vel magnitudinis
vel exiguitatis ſub alienatōe ꝑpetua vel cōmutatiōe ad cuiuſlibet iura trāſferre. Nec cuiuſꝗ excuſetur
neceſſitatis obtentu, quippe cū nō ſit pſonale qđ loquimur. Nec aliquis clericorū vel laicorꝝ ſub hac
occaſiōe accepta tueatur. ſed nec i vſu fructuario aliquibꝰ dare liceat, nec data retinere pter clericos, &
captiuos & peregrinos, ne male tractatiōis miſtretur occaſio cū liberalitate illi alia itinera reſeruētur.
C ¶Sane tantū domꝰ cuiuſlibet & vrbibꝰ cōſtitute quarꝝ ſtatū neceſſe eſt expēſa nō modica ſuſtētari
acceptis ſi offerri cōtigerit ſub iuſta eſtimatiōe redditibꝰ & diuini timore iudicii cōmutentur.

A ¶ Pari etiam eccleſiarum per omnes Romane ciuitatis titulos qui ſunt preſbyteri vel quicunqꝫ fuerint aſtringi volumus lege cuſtodes, quia nefas dictum eſt obligationē qua ſe per charitatē Chriſti connectit ſummus pontifex, ea hominem ſecundi in eccleſia ordinis non teneri. Quicunqꝫ tamen oblitus dei & decreti huius immemor cuius Romane ciuitatis ſacerdotes volumus religionis nexibus deuinciri in conſtitutum preſens cōmittens quicquā de iure titulorum vel eccleſias ſuperiꝰ p̄fatas quolibet modo preter aurum argentum vel gemmas, veſtes quoqꝫ ſi ſunt vel ſi acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta diuina minime pertinētia perpetuo iure exceptis dūtaxat ſub prefata conditione domibus alienare tētauerit donator, alienator, ac vēditor honoris ſui amiſſione mulctetur.

B ¶ Preterea qui petierit aut acceperit, aut qui preſbyterorum, aut diaconorū ſeu diffenſorū dāti ſubſcripſerit quo iratus deus animas percutit anathemate feriatur, ſitqꝫ accipiēti vel ſubſcribēti de perſonis ſuperius comprehenſis, id eſt quas anathemate feriri cenſuimꝰ, inſtituta pena contubernaliū ſeruata quam premiſimus in alienatore vindicta, niſi forte & alienator ſibi dum repetit, & qui acceperit celeri reſtitutione perſpexerit.

C ¶ Quod ſi minore anime ſue cura quiſquā remedium oblatū forte neglexerit, ſupra ea penarū genera que ſuperius tenentur aſcripta contra fas, ſi quod conceptum fuerit documentum vniuerſis viribus quāuis ab initio nullas habuerint efferetur, ſed etiam liceat quibuſcūqꝫ eccleſiaſticis perſonis vocem cōtradictionis offerre & eccleſiaſtica auctoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſſit alienata repoſcere, ne aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quia religioſis animabus vel ſubſtantiā pauperum derelicta contra fas ſine aliqua pietatis cōſideratione diſpergit. Huius autem conſtituti legem in apoſtolica tantum ſede volumus ſeruari vniuerſis eccleſiis per prouintias ſecundum animarum conſiderationem quē propoſito religionis conuenire rectores earum viderint more ſeruato. Et ſubſcripſerunt. Celius Symmachus epiſcopus eccleſie Romane huic conſtituto a nobis facto conſcripſi. Celius laurentius epiſcopus ſancte Mediolanenſis eccleſie huic conſtituto a venerabili papa ſymmacho ſancto ſubſcripſi. Petrus epiſcopus eccleſie catholice Rauēnatis huic conſtituo a venerabili papa Symmacho ſancto ſubſcripſi. Eulalius epiſcopus eccleſie ſyracuſane huic conſtituto a venerabili papa Symmacho ſancto ſubſcripſi. Felix terracinenſis. Criſogonus tudertinus. Emilianus vercellenſis, Iocundꝰ auguſtanꝰ. Tigridus taurinatis, Vitalis fundanꝰ. Baſſus mutinenſis. Pacatianus colaminenſis. Maximꝰ bleranꝰ. Martyrius traconenſis, Rufentius ſigninus. Vindemiꝰ anteatinus. Candidꝰ tiburtinus. Fortunatus fuligenatis. Proculeianus ſepinatis. Fortunatus anagninꝰ Paſcaſius vulternēſis. Martianꝰ ecamenſis, Maximianus peruſinus. Criſogonꝰ albanenſis. Euticius tranenſis. Laurentiꝰ vobianēſis. Marcus ſamninus. Aprilis micerniꝰ. Memor canuſinus. Innocētiꝰ foroſimpromenſis. Florentinꝰ pleſtinenſis. Felix nepeſinus. Concordius meſenatis. Amandus potētinus. Anſellus plōmēſis. Baſilius tullentinus. Martinianus oſtenſis. Benignus aquiminēſis. Fortunatus veſſanienſis. Seuerinus lundarniēſis. Encarpius meſſanenſis. Iohannes ſpoletinus. Stephanꝰ venuſinus. Valentinꝰ amiterninus. Romulus preneſtinus. Probus carmenienſis. Colonius forocloudienſis. Helpidus voliterninus. Proiectus formoui. Venerioſus pellenſis. Bonefacius foroflaminenſis, Sebaſtianus ſiranus. Ruſticus buxantinus. Venantius ſinogallienſis, Victor dunenſis. Innocētiꝰ tifernantius. Tibernorū. Siluinus veliterninus. Iuſtus ſimenſis. Areſton oſtenſis, Auguſtus liparitanus. Felix nepeſſinus pro vrſo, Aſterius quinatis. Propinquus trebiatis. Euſebius faueſtris. Romanus numentanus.

¶ Explicit tertia ſynodus Romana ſub Symmacho papa.

¶ Incipit ſynodus quarta Romana ſub Theodorico rege ex diuerſis regionibus congregata.

D RVFO MAGNO, FAVSTO, AMENO, VIRIS CLARISSImis conſulibus ſub die calendarum Nouembrium ſancta Synodus apud vrbem Romam ex precepto glorioſiſſimi regis Theodorici ex diuerſis regionibus congregata in Chriſti nomine dixit. Cum ex diuerſis prouintiis ad Vrbem Romam conuenire ſacerdotes regia precepiſſet auctoritas, vt de his que venerabili pape Symmacho apoſtolice ſedis preſuli ab aduerſariis ipſius dicebantur impingi ſanctum concilium iudicaret, ligurie, emilie vel Venetiarū epiſcopos quos ad preſentiam principis ſpe itineris ductos attraxit conſulimus regē incubuit neceſſitas conſulendi, qua nos voluiſſet etate fractos debilitate, & impotentia corporis

inualidos cõgregari,reſpondit prefatus rex piiſſimus bone cõuerſationis affectu plura ad ſe de pape
Symmachi actibus horrẽda fuiſſe perlata & in ſynodi oporter, ſi vera eſſet inimicorũ eius obiectio
indicatione cõſtare. Memorati põtifices quibus allegãdi imminebat occaſio ſuggeſſerũt ipſum qui
iudicabatur impetitus debuiſſe ſynodũ conuocare,ſciẽtes quia eius ſedes primũ Petri apoſtoli me-
ritum vel principatus. Deinde ſecuta iuſſione domini cõciliorũ venerandorũ auctoritas ſingularẽ
in eccleſiis tradidit poteſtatẽ,nec antedicte ſedis antiſtitẽ inimicoꝝ ſubiacuiſſe iudicio in ꝓpoſitiõe
facile ſimili forma aliqua teſtaretur,ſed potiſſimus princeps ipſum quoqꝫ papã in colligẽda ſynodo
voluntate ſua litteris demõſtraſſe ſignificauit. Vnde a mãſuetudine eius pagine poſtulate ſunt,quas
ab eo directas cõſtabat,Has dari ſacerdotibus ſine tarditate conſtituit,vel quicquid in eodẽ negocio
actum ſcriptis romã ex diuerſis terrarũ vel regionum partibus dei proſecutione peruentum eſt. Et
dum venerabili collectione de incipiẽdo haberetur negotio,prout poſcebat cauſa tractatus. Sanctus
papa Symmachus Baſilicã Iulii in qua põtificũ erat cõgregatto prout habuit cura celeſtis ingreſſus
eſt,& de euocatione ſynodali clemẽtiſſimo regi gratias tulit,& rem deſiderii ſui eueniſſe teſtatus eſt.
Cauſa ergo de ſacerdotũ animis que de cõcilio nondũ firmato triſticiã miniſtrabat abſciſſa eſt. Au-
ctoritatem ordini colligẽdo ſicut poſcebant eccleſiaſtica ſtatuta in omniũ qui ibidẽ cõuenerant epi-
ſcopi preſentia ſe dare profeſſus eſt ſperans,vt viſitator qui cõtra religionẽ contra ſtatuta veterum,vel
contra regulas maiorũ a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat poſtulatus ex ordinatione antiſtitũ
ſicut dicebat ſanctũ ꝓpoſitum firma fronte cederet,& omnia que per ſuggeſtiones inimicorũ ſuorũ
amiſerat poteſtati eius ab honorabili concilio redderẽtur,& tanti loci preſul legaliter prius ſtatui pri-
ſtino redderetur,& tunc nõ ante veniret ad cauſam,& ſi ita recte videretur accuſantiũ propoſitioni-
bus reſponderet,digna res viſa eſt maximo ſacerdotũ numero,atqꝫ mereretur effectum decernere ta
men aliquid ſynodus ſine regia noticia nõ preſumpſit,ſed ſuggeſtio iuſta per legatorũ negligẽtiã nõ
meruit,ſecundũ vota reſponſum iuſſus eſt regis preceptionibus papa Symmachus ante patrimonii
vel eccleſiarum quas amiſerat receptionẽ cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione cõfligere. Qui
poteſtatis ſue priuilegia & que pro cõſcientie quãtum iuſte eſtimamus enundatione ſubmiſerat,nec
A hac voluit vice reſumere. ❡Sed dum eſſet ſynodus in Hieruſalẽ Baſilica ſeſſoriam palatii conſtituta
aliquibus ſacerdotibus viſum eſt,vt libellus quẽ accuſatores parauerãt qui quotide ſeditionibus ap-
pellabant,ſuſciperetur a ſynodo in quo ſuſcepto,duo erãt quevelveritati inimica eſſent,vel ipſi quãtũ
oſtenditur eccleſiaſtico propoſito repugnarẽt,Vnũ quia dicebant crimina memorati ſuperius ſym-
machi pape apud regiam conſtitiſſe noticiã quod falſum eẽ declarauit. Non enim quaſi nouã cau-
ſam audientie cõmiſiſſet,ſi eius cõſcientia conuicta de errore ſolam ſe ſciret expectare ſententiã,aliud
quod per ſeruos de his que obiiciebant ſe eum loquebantur poſſe cõuincere,addentes quod ipẽ mã
cipia traderet quibus quãtum illi aſſerebant, poſſit in indicatione ſuperari. Que res canonibus &
ipſis publicis erat legibus inimica cum patrum ſtatuta ſanxiſſent,vt quos ad accuſationem leges ſe-
culi non admittunt. his dicendi in cognitione vel aſſequendi aliquid denegandam eſſe licentiam.
Et dum inter iſta que eſſent facienda tractabatur prefatus papa,vt cauſam diceret occurrebat. Qui
veniens ab irruentibus turbis emulorũ ſuorum ita tractatus eſt, vt multis preſbyteris qui cum ipſo
erant per cedem ipſam mortis fuiſſet occaſio,& recentium adhuc veſtigia vulnerum illuſtrisvir co-
mes aligenius,& ſublimes viri gudila,& vedeulſus maiores domus regie perſpexiſſent, quos ſecum
vnde egreſſus fuerat ad beati Petri apoſtoli ſepta conuexerit. His ita actis & rebus varia confuſione
turbatis iterum nos ad iuſticiam contulimus principalem,ſciẽtes diuinitate ꝓpria regere dominum
quẽ ad italie gubernacula prouideret ipſe. Cuius mãſuetudini omnia per relationis ſeriẽ ſicut res po
ſcebat ingeſſimus intimãtes etiam ſepe nominatũ papam poſt ſedẽ cui ſubiacuerat cum ſuis,ſi volũ
tatẽ rurſus haberet exeundi ad iudicium fuiſſe cõmonitum ſed allegaſſe eum per directos epiſcopos
mandatis canonibus ſibi conceſſiſſe affectu purgationis ſue culmẽ humiliat quãtis periculis pene
fuiſſet oppreſſus dominũ regem habere quod vellet faciendi ſe interim iuſticie renitentẽ ſtatutis ca-
nonicis non poſſe compelli. Ad hec ſereniſſimus rex taliter deo aſpirante, reſpondit in ſynodali eſſe
arbitrio in tanto negotio ſequenda perſcribere, ne aliquid ad ſe preter reuerentiam de eccleſiaſticis
negotiis pertinere committẽs: etiam poteſtati pontificum,vt ſiue propoſitum vellent audire nego-
tium ſiue nollent,quod magis putarent vtile deliberarent. Dum modo venerandi prouiſione conci
lii pax in ciuitate Romana Chriſtianis omnibus redderetur. Que cum iuſte offertur mandata dei
complentur italie ſue dare rectorem. Agnoſcentes nullum nobis laborem remanſiſſe niſi vt diſſidẽ-

tes cum

tes cũm humilitate propoſiti noſtri ad concordiam hortaremur, quia vnum tante rei reſtabat, vnde deo pareremꝰ, vt ſancte principis voluntati inuitemus ſenatum ampliſſimum quali oportuit legatione deſtinata monentes & inſtruentes cauſas dei ipſius iudicio eſſe cõmittendas, qui valet corpus occidere & animam mittere in gehẽnam, qui dixit michi vindictam & ego retribuam, apud quẽ cõſcientia nuda eſt, cui nõ abſconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, q̃ta incõuenienter & preiudicialiter in huiꝰ negotiis principis contigiſſent, & nos viã per hanc quã ipſi vocabãt remiſſionem peccatis non aperire ſed claudere, qui quod dicebatur maioris iudicii ſeruamus inſtruentes eos, quia per nos illis Chriſtus innotuit, nõ eſſe ouium lupi inſidias preuidere ſed paſtoris. Maxime quia in cauſa p̃fata multos qui ſede dignabãtur cognoſcere, & deo ſatiſfacere error inuoluerat, & quia non poterãt plura ſub hac occaſie eccleſie membra diſpergi, ſed magis per mãſuetudinẽ ſuſtineri. Sicut boni nos operis Paulus magiſter inſtruxerat dicẽs. Sanãdos eſſe plurimos per patiẽtiam & doctrinã, & quicũq; putãtur rei & grauibus peccatis inuoluti, quãuis nullus ſit qui delicto careat ſicut Iohãnes teſtatur apoſtolus. Si dicã quoniã peccatũ non habeo, mẽdax ſum. Eos tamẽ magis p̃ſſuris hominũ ſuſtẽtari & perterreri, haſq; paſſiões iudicio diuino ſuſpendi. Maxime cũ illa que p̃miſimꝰ inter alia de auctoritate ſedis obſtarẽt, quia quod poſſeſſor eius quondã beatus Petrus meruit in nobilitate poſſeſſionis acceſſit, & claritatẽ veterẽ vobis dat, det Chriſti rectoribus deuote clamantibꝰ ſcriptum eſſe per prophetam ex perſona dei. Nunquid non valet manus mea ad conſumẽdum eos qui errauerunt. Hec eadẽ ſepiiſſime vt oportuit cõmonentes vt habita intentione diſcederẽt & factũ noſtrum quod deus inſpirauerat iuxta mandatũ pricipis nõ diſcuterẽt, ſed ſequerẽtur ſicut decebat filios eccleſie, nec ſub hac intermiſſione contẽderẽt, & creſcerẽt eccleſie detrimẽta que res poſcebat cũ feſtinatione ſuccurri & nobis huiꝰ celeritatis, & illis obediẽtie neceſſitas imminebat, Maxime cum omnem pene plebẽ cernimus eius cõmunioni indiſſotiabiliter adheſiſſe cuius nos non modica quidẽ cura ſtimulabat, ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis dei noſtri obteſtatione decernimus harum neceſſitatum vel religionum conſideratione aſtricti, & celeſti perpẽſis omnibus que in cauſa erant inſpiratione ſecretis Symmachus papa ſedis apoſtolice p̃ſul ab huiuſmodi propoſitionibꝰ impetitus quãtum ad homines reſpicit, quia totum cauſis obſiſtẽtibus ſuperius deſignatis, conſtat arbitrio diuino fuiſſe dimiſſum, ſit immunis, & liber, & Chriſtiane plebi ſine aliqua de obiectis oblatiõe in omnibus eccleſiis ſuis ad ius ſedis ſue pertinẽtibꝰ tradat diuina myſteria, quia eum ab impugnatorum ſuorũ petitione, & ꝓpter ſuperius deſignatas cauſas obligari nõ potuiſſe cognouimꝰ, vnde ſecũdum principalia p̃cepta que noſtre huic tribuũt poteſtati ei quicquid eccleſiaſtici intra ſacrã vrbẽ romam vel foris eſt iuris reformamꝰ totam cauſam dei iudicio reſeruantes vniuerſos hortamur, vt ſacram cõmunionem ſicut res poſtulat ab eo percipiant, & dei animarũ ſuarum meminerint, quia & ipſe amator pacis eſt, & ipſe pax eſt qui monet, pacem meam do vobis pacem relinquo vobis, Et in quacũq; ciuitate pacem eſſe confirmandam affirmãt beatos eſſe pacificos. Hec quicũq; ex inſtructione noſtra quod non eſtimamꝰ vel non admitti vel detrectari poſſe crediderit videat, quia in diuino iudicio contemptꝰ ſui rationem eſt (ſicut de deo confidimus) redditurus. De clericis memorati pape qui ab epiſcopo ſuo ante tempus alicuiꝰ contra regulas diſceſſerunt & ſchiſma fecerunt, hoc fieri decernimus vt eos ſatiſfaciẽtes epiſcopo ſua miſericordia ſubſequatur, & officiis eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui, quia dominus & redemptor noſter oues perditas ab errore letatur inuentas, & ſuper profugum filium paternam liberalitatem celeſtis mediator accõmodat. Quiſquis vero clericorum poſt hanc formã a nobis probatã quocũq; ſacrato deo loco in eccleſiã Romanam miſſam celebrare preſumpſerit preter conſcientiam pape Symmachi dum viuit ſtatutis canonicis velut ſchiſmaticus percellatur. Iſta ſufficiant nunc cum dei noticia ſincere protuliſſe. Laurentius epiſcopus eccleſie mediolanenſis huic ſtatuto noſtro in quo totam cauſam dei iudicio commiſimus ſubſcripſi. Petrus epiſcopus Rauennanus huic ſtatuto noſtro in quo totam dei iudicio commiſimus ſubſcripſi. Felix terracinenſis. Bonefacius aquemuenſis. Maximus bleramus. Emilianus furanus. Maximus ticinenſis. Caſſianus mutinenſis. Gerontius fidudenſis. Stephanus venuſinus. Laurentius boenſis. Fortunatus fulginenſis. Mercurius ſutrinus. Stephanus neapolitanus. Hylarius tenſanus. Maximilianus peruſinus. Innocentius fortunatus. Concordius meſinatis. Vitalis fundanus. Caſtus portuenſis. Ariſtus oſtenſis. Martyrius terracinenſis. Victor lunenſis. Aſterius aquinatis. Chriſogonus albanenſis. Amandus potentinus. Romanus numentanus. Vrſus reatinus. Paſcaſius vulternenſis. Innocẽtius foroſimpromẽſis. Felix nepeſinus. Hylarius tempranẽſis. Innocẽtius

tarentinus. Tyberniorum. Seuerinus tundaritanus Siluanus veliternus. Sebaſtianus ſuranus. Mercurius gauinati. Felix atellanus, Ruſticus bruxantinꝰ. Propinquꝰ tribenſis. Adeodatꝰ fornitanus. Bonefacius cameritanus. Iuſtus ſignatinus. Vindemius anteatinus. Auguſtus liparitanus Valētinus amiterninus. Fortunatꝰ ſueſtanꝰ. Iocundus auguſtanꝰ. Tigridiꝰ tauriganꝰ, Viticanꝰ celunenſis, Iohannes ariminenſis, Porculeianus ſepniatis, Candidus triportinus, Creſconius tudertinus. Innocentius binatis. Iohannes ſpoletinus. Euſtaſius cremonenſis. Laurētius verginatis. Eucarpius mereſape. Ruſentius agnatinus. Serenus nolanus. Martianus acanus. Euticius tranenſis Fortunatus anagninus. Aprilis laterianenſis. Aſellus populonienſis. Memor canuſinus. Adrudatꝰ ſilue candide. Venerius pallenſis. Rogatus taurominitanus. Seruus dei ferēſis. Probus carmeianēſis. Dulcitius ſancti antimi.

❡Explicit quarta ſynodus Romana ſub Symmacho papa.

## ❡INCIPIT PREFATIO ENNODII IN LIBRO SEQVENTI.

A SOLET DICENDI AFFECTVM MVLTORVM RERVM ardor exigere. Si autē auarus laudis animus eſt, & fauorē deſiderat ſudore mercari, aut per blādimenta glorie crucem narrantis ignorat, aut lucri aſtrictus cōpedibus lingue vendit obſequiū, vt dum animus habendi cupidine ſubiugatus preſumptum eſtimat iam tenere compendium, ſic ingruentia per ſtili exercitium neſcit timere diſcrimina, aut neceſſitate concluſus profert eloquium ſine quacunqꝫ lima captiuum, & neſciam pudoris frontem monſtrat in medium, vt dum intentioni famulatur diligentiam decoris aburat, quia dicendi ornamenta non ſunt intentionis negotii, ſed quietis, nec militie ſunt picta verba, ſed otii. Campus fortem poſtulat pax profunda redimit ornatum. qui profutura aſſerit, loquelā que periculo artis eſt colorata cōtēnit. His ergo ita ſe habentibus cauſam narrationis inſinuo, & coactam vocem prauorum latratu religioſis mentibus commendo. Scriptum eſſe reminiſcens tempus tacendi, & tempus loquendi vel poſt fidem prophetici oraculi cuiſdam oratoris exemplum qui refert niſi cum neceſſariā dicendi nimis ineptā eſſe conditionem. Oris ergo miniſterium pro valitudine ingenii ſacerdotibus dedi aduerſus quos ſibilantium effuſa ſunt venena linguarum, licet ſcuto munita fidei ſpiculorum imbrem patientia religioſa non timeat, & ad auctorem redeant tela, que ſine bellandi arte diriguntur. Quibus enim pro lorica Chriſtus eſt, vim non metuunt & inimicos longa expectatione proſternunt. Quiſquā ne tamen in hac acie prelium putet eſſe formidini, in qua deo & pontificibus infertur ſine virium eſtimatione certamen. Quiſquam ne fluxum & laceſſentem hoſtem videat & preliorum cauſis aduerſarium debilem expaueſcat? Inuidet ipſe ſibi victoriam qui conſcientia vulneratum aggredi ceſſet inimicum. Ad lucrum hoſtis ſui procedit, qui in conflictibus nō prius cauſas q̄ aliud expedit. Dat vires iaculis innocentia, & mucronē acuunt ex equo veniētia vota bellandi, Percutiendi impetū plus iuſtum dolorem ſcimus dediſſe q̄ brachia, inde paucorū telis multitudo non ſubſiſtit. Dicente ergo mecum propheta plures nobiſcum ſunt q̄ cum illis, placiturum bonis quātum eſtimo opus incipiā.

❡Explicit prefatio.

❡Incipit liber Ennodii ſancte Romane eccleſie diaconi contra obtretactiones quarte ſynodi habite Rome palmari a Symmacho papa ſub theodorico rege.

B SVFFICERET QVIDEM SCHISMATICAM IMPERITIAM PROpoſitione cecidiſſe, maxime cum ſecum habeant obiecta reſponſum, & mereatur tytulꝰ ſine lectionis diſcuſſione cum auctoritate damnari, cum in prenotatione ipſa ſignificantia operis innoteſcat immundi dicentium aduerſus ſynodum abſolutionis incongrue. Ego tamen nunc ſic agam quaſi opus ſit alieno enſe perire mala proponētem. Iſtud proloquiū poteſt clementiſſimo homini tātū inſcitie aſcribi. Et ne aliquis p̄ter vos ſicut inter oues vlceroſas deputandus & erraticas qui magnū gregem potuiſſet laceſſere paſtorum dicente propheta. Filios nutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, Et domino de apoſtolis. Qui vos ſpernit me ſpernit. Quos epiſcopos fuiſſe propheta teſtatur de iuda dicendo. & epiſcopatum eius accipiat alter, & Apoſtolo eque Paulo proclamante obedite prepoſitis veſtris quoniam ipſi exorabunt pro vobis. Nec hic immoremur.

Sed redeamus

Sed redeamus ad grauem & venerabilem non ſolum ex alia productam,ſed myſticam propoſitio-
nem.Nō omnes(inquiunt)ſacerdotes regis ad concilium aſciuit auctoritas,nec omnes in iudicatio
ne ſenſerūt, Mācipia tartari,& liquido ſathane miniſtri,quoſcūqꝫ non euocauit ſcriptum principis
nouis nexibus & actuū veſtrorū in nolutionibꝰ ſerpentibus ſpiris cauda ꝑtraxit.Volo dicere in quo
fuerint voto,in qua deliberatione diſcedētes,quibus tedium illa peperit expectatio. Cū viderent ve-
nerabilem papam longas in vita cōtra fas ſuum inducias accepiſſe.Videbāt ethera tātum directis a
ſe iaculis verberari,His ne liceret infelicibus in malorū actibus cōſolatione ſecreto deliteſcere? Libris
vr̄is nudantur abſconditi,&per vos in turpi facto habere ſolitudinem non ſinuntur,dicente domino
in euangelio,Omnis malus odit lucē.Poſt hec abſentis aduerſarios pape Romani dici non debuiſſe
qui predictis prolatis petitionibus accuſabant doloſe,videlicet hoc agentes eo quod aduerſarios ſu-
ſpectoſqꝫ canonica ſynodalibus clamāte in decretis auctoritate, in ſuā recipi accuſationem ep̄os mi-
nime oportuiſſe vos non latuiſſet,ad aſſertiones fidem iungētes quod eos iſto nomine p̄cepta regia
non vocaſſent. O homines omni artis lima compoſitos,& caminis fabrilibꝰ excoctos,qui ad ſtipula
tionem doctorum deſudata inuenere teſtimonia,amamꝰ reuerendi viri ſentētiam veram,&(vt aiūt)
in ipſam pedibus imus,Cognoſcimus errata que dicitis inimicum vocet aliquis accuſantem, & tra
gico nomine repellit,appellat contumeliā non merentem.Dehinc ſubiunctam queſtionem rethori
ca argumentatione fibula momordiſtis,addendo,allegādo,Teſtis eſt Romana ciuitas,Si omnes epi
ſcopi ſenes & debiles conuenerūt,ecce orationem veri neruis nitentem , & ipſi cepario preferendum
nitore ſermonem.Ergo qui ſe etate valentes,& corpore imbecilles eſſe dixerunt ipſi ſe ineptos iudi-
cio eſſe teſtantur.Quoniam membrorum ſe dixerunt iam ſuſtinere diſpēdia,maxime ſi hoc ingere
re clementiſſimi dn̄i auribus p̄ſumpſerunt.Vos putatis ab vniuerſis dei conſpectibus pulſi illorū ve
ſtrorum more congreſſuū vbiqꝫ narranda confundi , & apud principem de collectione pontificum
alios protuliſſe ſermonem,niſi quos etatis maturitas erudiēde loquele fecit auctores,quibus anni ve-
teres reuerētiam contulerunt,qui putabantur bonorum meritorum ſuffragio in longū ſeruati. Ipos
ergo de grauide etatis fatigationibus queri decuit, quos etas iuſſerat allegare,Viri optimi ſubditis
ex preceptis regis euocationis cauſam fuiſſe iam cognitam,& Italie ſumma moderantem non fuiſſe,
quaſi de nouo negotio conſulendum,plus charte & ſcriptioni religionis debitum q̃ preſentie princi
pali.Nullus ergo in predicto negocio titulus remāſerat,ad cuius inquiſitionem pergentes illud iure
preloquerentur exordium. Exhinc digreſſi bonarū rerum in rege laudatis affectum & colitis ver-
bis innocentiam quam actibus ignoratis.Si tn̄ cultus eſt in loquela veſtra quam ſcabroſo vomere ve
lut agentes per deuium errata perſcinditis macētis zizania & lolia comēdātes,recepturi pro tali im-
pendio paleas quibus gehenne in pernitiem veſtram animetur ignis.Sed nūc vt quidam fertur di-
xiſſe,que quibus ante feram contra apoſtolum dicitis impugnatores ſummi pontificis non auditos
qui celeſtis mādati memores partem ſuā a conſortio adulteri ſubduxerunt.Hinc non inceſſo igno-
rantiam rimoſam memoriā non accuſo,volo dicere quod ꝓphete verba apoſtolo contuliſtis quia no
ui & ipos apoſtolos recte vocari,quos miſſos eſſe nō neſcio.Dauid enim dicit,Furem videbas & cur
rebas cum eo,& cum adulteris portionē tuam ponebas. Deinde quis ſe de illa veſtra enodem faciat
queſtionē qua dicitis in criminibus obiectis quod non excluditur approbatur,Et vocem Romane
eccl'ie militibus congruentem,In qua neſcitis vtrum prius nitorē predices an ſaporem,Putas ne audi
ſtis legi,quod iuſtum eſt iuſte exequeris? Audiſtis de malefactis hominum,ſi tamen aliquando cō-
uerſatio humana vos tenuit,quicquid non ſuis ordinibꝰ approbatur excludi? Vbi eſt illud ꝓphetie?
Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui,& de vobis peccatum ſuū quaſi Sodoma pre
dicauerūt ve animabus eorū? Sed qđ facto opus eſt,quoties deſperatis nulla medela ſuccurrit niſi im
plorandus eſt dn̄s qui ꝓmiſit per prophetam futurum ſe ſuꝑ omnem ſuperbum & excelſum,& ſu-
per arrogantē,vt humilietur, ſed fetidum opus veſtigiis inſequar & ferrata ſi poſſum calce contun-
dam,Vt vere dicam res cum re,cauſa cū cauſa,ratio cum ea quā putant ratione pugnabit,Oblocutos
ſacerdotes p̄ceptionibus regiis allegatis,& quoddam ſacrilegium creditis,mali aliquid cum celeſtem
neſciatis de terreni dn̄i iuſſione ſentiri opponēdo quis regi debuit dicere papā ſynodū oportuiſſe cō
uocare? Certe qđ in hac ꝑte conſtat exemplum illum precipue qui criminoſis multorū ꝓpoſitionibꝰ
iam iacebat quē hoc fuerat dānare quod argui cui p̄rogatiuā celitus aſcriptam hoſtium ſuorū iā ob
locutio tuliſſet.Ad hanc vos dementiam malorū actuum per gradus ſuos incrementa traxerunt,vt
hoc credatis eſſe laceſſere qđ conuincere,nec apud vos habeant a veritate differentiam,odia que ple-

tūq; cōtra meritum impediti ſtudiis,non ratione obſequentia vota cōcinnāt,Vbi eſt illud,Priuſquā
agnoſcas ne ad iudices quemq̄? Olim vos accepit grex poſitus in ſiniſtra collegas apud quos ex pre
iudicio excepiſſe ſententiam creditur,qui meruit ad examen adduci,& hoc eſt reum exiſtere quod li
bram diſceptationis intrare prelocutioni tamen optime diuinum ſubdidiſtis exemplum , quod ita
quadratis cōſtat eloquiis,vt ipſum in eo chryſippū tenere lineam putes,Peccatori dicit deus. Quare
tu enarras iuſtitias meas? Huic dicto conſerentes quaſi ad ſacerdotis apoſtrophem qui beati Petri
apoſtoli vicarius eſtimatur,prohibetis archiatrum eiꝰ corpori afferre medicinā.Quomodo vos ani
me eius curationem exhibere renuitis?Magnum per diuina ridiculum an maxima lamenta ſint ne
ſcio.Vos aliene febri curam queritis,vos fatiſcenti anime medelam adhibere cupitis,& in lecti proxi
mitate propoſiti veſtri immemores , de alterius ſalute tractatis,quid ſi illud vere vobis a propheta di
ctum ſit,nunquid parum vobis eſt quod moleſti eſtis hominibus,quia moleſti eſtis & deo meo? Et
iterum.Medice cura teipſum.Sed hinc alias nouimus quia ſanari non pōt cōclamatus & improbus
in ꝓfundū deueniens mira temeritate contēnit. Sed credo viuit in iſtis,& in male cōuerſationis ſue
morte conciliū,& poteſt optare quid alteri,quod ipſe iam perdidit,Nunc recte vobis cum prophe-
ta dicimus. Omnia que loquitur populus iſte iuratio eſt,& timorem eius ne timeatis neq; formide
tis,Procul ſit a nobis,faceſſat a nobis qui in nobis eſt pruritus iſte linguarum,quos vere idem ꝓphe-
ta arguit.Scribentes iniuſtitiam ſcripſerunt.Non nos beatum ſicut dicitis a domino cum ſedis pri
uilegiis vel ſucceſſores eius peccādi iudicamus licentiā ſuſcepiſſe,ille perhennem meritorum dotem
cum hereditate innocētie miſit ad poſteros,Quod illi cōceſſum eſt ꝑ actuum luce , ad illos pertinet
quos par conuerſationis ſplendor illuminat, Quis enim ſanctum eſſe dubitet , quem apex tante
dignitatis attollit,In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum ſufficiūt que a loci deceſſore preſtan-
tur.Aut enim claros ad hec faſtigia erigūt,aut qui eriguntur illuſtrat,Prenoſcit enim quid eccleſiarū
fundamēto ſit habile ſuper quod ipſa moles innititur,Sed hinc actibꝰ noſtris celeſtem potentiam pu
tatis eſſe ſuffragio,quod ad preſidiū beati Petri apoſtoli adiutricē vt dicitis dexteram commodatis,
Neſcitis ſolem facibus nō adiuuari,nec ad preſidium diurne lucis lychnos accēdi , Scriptū eſt enim,
Scrutatur renes & corda deus,Sed in illa parte quis argumentis audeat veſtris reſpondere, niſi quia
ſine arte dicitur verum, & fides mendacio ſermonum technis aſſuitur.Cur(inquiūt)ad principē con
ueniſtis,ſi audiri non licebat impetitū,Sic vos in ſtuporē pecualem peccati nebula aut diuinꝰ horror
obliniat vt verecundā excuſationē,aut fraude menſuram trāſeat,aut beluarum preſſa ebetudine non
agnoſcat,An forte aliud putatis fuiſſe qđ dictum eſt ipſum debuiſſe ſynodum cōuocare,cuius opus
erat officio vt vos videlicet per pontificale examen diuina ſententia ꝑcelleret,& quos a capitis ſui cō-
page in ſalutis detrimento inſanis furor abſciderat poſtes.Argumentationē operi veſtro neſcio ver-
bis an latratibꝰ indidiſtis,comparantes ei antiſtitem veſtrū qui ſenioris nature beneficium vniꝰcibi
cōmutatione ꝑdiderit & primogeniti canam dignitatem amiſerit faucibus obſequendo. At iſta qđ
referā,qui ex omni obiectorum ꝑte cōcludor?Quis rogo veſtro ſymmacho benedictionem,dū pa-
tri plus deſeruit eripuit?Cui tātorum munerū Iacob vice eſt collata nobilitas?Quis ex vobis ceci pa
rentis deſyderiis pariturus occurrit?Quis veſtrū deuotione ſua genitorē venerabilem captum ocu-
lis nulla fecit lucis dāna ſentire? Nōne collatione tenebrarū veſtrarum nō putatur per ſudum rutilās
iubar oſtēdere? Et omnis obſcuritas actibus veſtris collata decorem ſolis aſſumit. Preterea tūc Iacob
quamuis congruentem moribus filii benedictionem tamen cōtulit iam promiſſam.Nam quid his
longius immoramur,cum docendi non ſint,qui calces ſtimulis intulerunt?Credite michi pacis ini-
mica ſunt,impugnationi non ſunt idonea que profertis.Sed ſequitur vinculum cum enigmate quo
neſcio,qua replicationis arte ſoluamus.Tulliane enim profunditatis pelagus ingreſſi bullam noſtre
ſterilitatis queſtionem flatibus per littorum incerta tranſmittūt,In qua tamen chriſto clauū tenente
portū ingrediar,& ſigillatim de turbinibus vr̄is vniuerſa diſcutiā habiturꝰ & inductꝰ illorū facultatē
non meā. Aiūt enim,Si vera ep̄orum aſſertio eſt ſedis apl̄ice p̄ſulē minorum nunq̄ ſubiacuiſſe ſn̄ie,
cur ad iudiciū diſtricti cōuētione perductꝰ eſt.Multū quidē annoſa hinc in vobis laborat infantia.
Cui ille aduocādꝰ eſt,q ineluctate nobiſcū ſemꝑ pondus ꝓpoſitionis exuꝑat cū manifeſte ꝑ ſacerdo
tibꝰ cū ꝓpheta clamitē,Nunqd gl'iabitur ſecuris cōtra eū qui ſecat in ea,aut exaltabitur ſerra cōtra eū
q̀ trahit eā,vt ſit michi illud ſuffragio diuinū oraculum. Quō ſi ceſſauit exactor,tributum quieſcit.
Ita contriuit dominꝰ baculum impiorū,Tribue dn̄e quod p̄dixiſti in illis, vt ſicut errat ebrius & vo
mens,ita pereat incredulus , qui infideliter agit , Propter hoc propheta vobis inſultans vociferatur.

Audite

Audite verbum domini viri illuſores,quiſquam ne cauſatum ex precognitione ſancit euentum , &
rabidis terminum poſitura conflictibus ſic metitur,vt pernix deciſio dum in inquiſitione eſſe ſenio
ri innoteſcit anticipet,fauorem cenſentis accuſet.Nunc paulumper ore actibus annis indignos pōti⸗
ficali vos arguam.Nos qui ſtatuta noſtra non vna apud vos volumus lance conſtare,quibus de im
pugnatorum qualitate lati ſunt canones , apud quos nefas eſt cana patrum definita tranſcendere,
quibus ſcriptum eſt in Carthaginenſi concilio.Q uod apoſtolice ſedis per Fauſtinum epiſcopum
qui tunc ab ea miſſus interfuit probauit auctoritas accuſatoribus de inimici domo prodeūtibus nō
credendum,in quibus odio ſuccenſa vicinitas,per nutrimenta arida flammam perſecutionum exu⸗
ſcitat,& vniuerſam doli fabricam ſumptu , & machinis coherentibus ſecreta diſpoſitione componit ,
Iſtos que domus euomeret qui ſcire potuiſſet noſtra collectio,niſi preſentes, & impugnationis qua⸗
litatem,vnum niſi ex ſcripta propoſitione didiciſſet,in quib⁹ ſentinam criminum dum ſimulato fue
runt perſecutionem ſe debere criminibus agnouiſſet.
¶ Poſt illa que de accuſatoribus prolata ſunt , addidiſtis cur perſone iuſſe ſunt preſentari quas ſepe A
imperialis flagitaſſet auctoritas.Ad defraudationem ingenii pertinere eius qui nunc in ſede apo⸗
ſtolica quaſi in quadam arce conſiſtit,vere vobis dicit ſapientia.Homo infirmus & exigui temporis
ad intellectum non perueniet,ſed laboret vt ſciat quod acceptum ſit ad dominum . Et iterum dicūt
prouerbia,Odit ſequi,negligit ſtudia,Imperitis enim obuiat mors,Q uid enim illam que in per⸗
uia ſcientia deſcendit ignorantiam fingitis?quid adhibetis mira latrocinandi arte falſitatem vel dolo
ſitatum preſtigia ſimplicitatem fronte monſtrando?De vobis nunc dictum eſt , Q ui loquitur men
dacium ex propriis loquitur iſtam letitie faciem ex iudiciorum cenſura venientem callida ꝓuiſione
ſacerdoti veſtri oculis abſtuliſtis,vt eum talibus aduerſus acies veſtras inſtructum munitionibus &
innocentie in teſtimonio orbis tela deferentem ab ipſis indiciorum aditis pelleretis,ꝓuidentes vt nec
ſine impugnatione inſons viueret, nec haberet ſolatium de incorrupta iudicum inquiſitione pulſa⸗
tus,vos prefato & dediſtis & inuidiſtis examen,cum vno eodemq; itinere a vobis diſceptationū du
bia ſubire,& prohibetur & cogitur & per ſingularem callem,ad cauſam arcendus euocatur,non ma⸗
nifeſtam ſalutem aut non laceſſitus obtineret,aut ſubriperet abſolutus.Adoleſcētie mee memini me
legiſſe temporibus de quodam dictum.Exuli exilium imperas,nec das,vos prophete impetit ſentē
tia,iſti ſunt viri qui conturbauerūt terram,& qui concuſſerunt regna. Et iterum. Excidētur ramuſcu
li eorum falcibus,& que derelicta fuerint abſcindētur,Et ruſus. Dum non ſperatis veniet contritio
veſtra & comminuetur ſicut lagena figuli multitudo veſtra,Nec non propheta ad hanc cauſam ſpe
cialiter locutus intonuit,Dominus inclinauit manum ſuam & corruet qui fert malis auxilium,& ca
det cui preſtat auxilium , ſimulq; omnes conſumentur.Redeo tamen poſt multa exēplorum ſuffra⸗
gia ad nouellas canonum definitiones.Clamat in alio loco Carthaginenſe concilium, quaſcunq; ad
accuſationem perſonas leges publice non admittunt his impugnandi alterum,& nos licentiam ſub⸗
mouemus,& nulle accuſationes a iudicibus audiantur eccleſiaſticis que legibus ſeculi prohibentur.
Q uero a vobis viri quibus indita eſt ad vngem polita perfectio cuius conditionis fuerint iſta man
cipia que poſtulata ſcriptis principalibus intimaſtis,ſi ea ſeruilis adhuc in poteſtate alterius cathena
retinebat,& nulla obſcene obligationis compedibus veſtigia in libertatē miſſa laxabant vel vobis di⸗
ſceptantibus fidem aliquam predictorum verba portaſſent?Sed credo replicabitis veritatē que ſpō⸗
te prolata in illis vox habere nō poterat,hanc diuerſis crucibus e latebris ſuis religioſus tortor exege⸗
rit,vt dum penis corpora ſoluerentur que geſta fuiſſe nouerat anima non celaret,Sed queſo primum
ad leges publicas,deinde ad iudices ora conuertite,qui poſſunt in defenſione ſua ſic eloqui, nos quos
dei ſeruitium pro iſtarum rerum abiectione fecit ingenuos,qui ſeruulorum inſultantium contume⸗
lias aut deſpicimus,aut ridemus,quibus ſcriptum eſt de famulis per apoſtolum,Mementote quia ve
ſter & illorum dominus in celis eſt.Adhec ſeculi mala reuocabimur faciendum a nobis eſt quōd fa⸗
cientem alterum prophanum eſſe contendimus,quod per miniſterium iuſſionis & manus aliene in
ceſtaret aſpectum veſtrum noſtro peragetur imperio.Nolite hanc ad vniuerſas eccleſias mentem ra
pacium luporum more & natura ſeparare,quia poſtquam nos maculaſſet forte ꝓ deſideriis veſtris
conuenta diſcuſſio effectum in his quo tenditis non haberet.Sed dicente vobis propheta.Ponamus
circulum in naribus veſtris,& frenum in labiis,& reducamus vos in viā qua veniſtis.Q ui eodem ꝓ
pheta aſſerente impugnamini qui dicit. Erunt quaſi non ſint,& peribunt qui contradicunt vobis.
¶Hoc etiam nouo aduerſum nos ſubdidiſtis inuento ipſum dominum,& redemptorem noſtrum B

ſeruorum ſubiſſe iudicia,& celi operatorem particule cuidam ſponte ſubiacuiſſe terrene, dum teſta⸗
tur & loquitur. O Iuda & qui habitatis Hieruſalem iudicate inter me, & inter vineam meam,hoc
etiam beatum Petrum hoc Paulum apoſtolum non horruiſſe narratis,& illam veſtram elegantiam
ad ius pertrahitis exemplorum,nexibus precedentem quaſi vobis in hac parte remanſerit,cum reni
tente contentio,& validis facundie veſtre digitis exigantur oblata. Samuelem etiam prophetam
mirificum de conſcientie ſue ſerenitate,vulgi dicitis imploraſſe teſtimonium. Quid enim Samuel
dixit? Scire dominum,quod nullius vnquam ſubſtantiam,nulliꝰ pecꝰ abegiſſet,aduerſatum ſe mu
neribus & quod eſt ſupra hominem ſponte veniẽtia dona vitaſſe,prouidens ſcilicet ne pro ſuſpitionũ
preiudicio hominius damna pateretur,Poſtremum ſub diuina atteſtatione patefecit innocẽtiam, ne
humanum ſubiret examen. Redemptoris noſtri iudicium quod inter ſe & vineam ſuam optat eue⸗
nire dum veſtra in preſenti negotio mala reſpicit,magis implorat Sanctus Athanaſius alexandrine
vrbis epiſcopus,dum participum veſtrorum argueretur inuidia agnoſcens ſibi per contumeliã mul
titudinem exercituum cõtingere non timore,vere ad corone precium iunxit,quod de dignitate ſub
miſit,& ante celeſtem de abſolutione ſententiã perſonam rei innocentie bonꝰ eſtimator impleuit,ſic
enim milites chriſti ſudore ſuo honorem ſibi incremẽta parturiũt,dum cõceſſa faſtigia celſiore humi
litate caſtigant,inde laudũ cumulos mercaturi,vnde indepta culmina ſublimi parcitate moderantur.
Sed quãuis beatum Athanaſium Romano antiſtiti quãtum noſſe datur imparem locus oſtendat,
Facto tamen in negotiis comparãtur ille preſto fuit iudicibꝰ, iſte quantum & vos dicitis aduocauit
ille intentatam diſcuſſionem vt dei famulus nõ refugit,iſte triumphũ ſuum indiſcuſſorem collectio⸗
ne conſtituit. Sed quid his longius collationibus immoramur iudicia & iſte voluit, amauit,attraxit,
ingreſſus eſt,& quod poſſet fidelium corda doloris iuſti aculeis excitare venerando concilio auctori⸗
tatem etiam contra ſe ſi mereretur indulſit. Quis in hac allegationis ipſius fronte neſciret fultum ad
coepiſcopos puritatis teſtimoniis cõueniſſe? Qui hoc qđ diſtrictionẽ eorũ minus licebat exhorruit
eſtimans illud magis quolibet modo labefactandum quod ſtatuiſſet cenſor inualidꝰ. Quid p̄fatum
inceſſitis canina loquacitate? Quid leditis nõ merentem votum eiꝰ eſt,quod veſtrũ putatis eſſe ter⸗
rorem,Sed aſtutior in vobis,quam in Athanaſii aduerſariis nouelli virus ſerpentis inſibilat,illi neſcie
runt quod optime calletis qualiter triumphꝰ tolleretur impetito,illi ꝓuocato,ne audiendꝰ occurreret
formidabant. Vos morem quem habebant examinari nõ ferentes,venientes iaculis repulſis, & tediũ
vobis de ſententia preparatum,vltricum armorum aſſumptione cõmutaſtis. O malorum cõmemo⸗
ratio que vocem & preſtat,& ſubruit dum illos quos in clamorem coegerit eorum etiam grauitate
facti verba confundit. Quis patiatur vos equo animo garrientes? Ergo nos ſecundum aſſertionem
veſtram nouelle vtilitatis cõmoda non amamus,dum definitis ſenioribꝰ preſtare obſequium, Sic to
ta ingenii vela ſuſpenditis,hic reſupine ceruicis ex ſeceſſu pectoris quicquid habuit ſpiritꝰ flãmis ru
ctus euomuit. Aiunt enim Moyſi a vobis ieiunia,& Heliſei miracula que egit dum mortuũ ſuſci⸗
tauit,ſi annoſa tñ ſectamini cõfundantur,Quid hic rationis inuenit ſcrutator idoneus? Non ſi auri
pallidus inquiſitor occurrat in ſenſibus vr̃is latentiũ venarum motus inueniet,& inſuetis lucem late
bris ſermonum foſſor admittet,Iccirco ergo cana miracula non probamus ſi iuuenilibus conſenſum
non ꝓbemus exceſſibus,Si ſeruum dño diſcipulum magiſtro euangelii memores ſubiugamus quic
quid potuit ꝓdeſſe negligimus,Alia ſunt improbiſſimis hominũ que ad vſum recẽtem ſine iniuria
vetuſtatis adhibemus. Nouã deinde culpam & quam inueſtigatio noſtra tranſierat recluſiſtis,qua⸗
re papa ſine exempli inſtituto precedentis ſynodum cõuocauit, vt de criminũ eius obiectiõe cogno
ſceret. Poſthec nos falſitatis arguitis coram principe,que in prefato negotio ſcripta ſunt dicimꝰ poſtu
lata Preſta dñe vt laberinthi huiꝰ ſine errore ſinuoſos ſuperemus anfractus,dirige ſemitam quã flexi
bilis coluber iuxta fabricam ꝓprii corporis aut mentis operatur,vt vere dicamus. Dñs virtutum no
biſcum adiutor noſter deus Iacob,Et cum Salomone exultemus dicẽte, Equus paratur ad diem bel
li,apud dominum aũt eſt omne p̄ſidium. Superuacuum quidem eſt abſurdis reſpondere propoſi⸗
tionibus,dicente propheta,Ne reſpondeas imprudenti ad imprudentiam eius. Sed ſi quid contem⸗
ptus tranſierit,vereor ne quaſi validus putetur.nõ tetigiſſe formido. Meliꝰ nobis eſt cum beato Pau
lo inſultationis cauſas incidere,& plena voce teſtari,Factus ſum inſipiens vos me coegiſtis,Hoccine
ergo nullo conſtabat exemplo,vt ſacerdotum papa cõcilium cõuocaret, cuius arbitrium eſt collectio
ſynodalis,aut parua erant que de veſtris cum hac multitudine facinoribus damnarentur. Nonne di⸗
recta ſunt verba canonum quicũqꝫ clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententie tempus pro dubia ſu⸗
ſpitione

ſpitione diſceſſerit,manifeſtam eum manere cenſuram? Huius rei ad miniſterium deuotum deo
oportuit agmen occurrere,vt perditi & profligati gregis vlceribus medicorum exercitus ſubueniret,
quia quoties morborum violentia celeri greſſu ad anime ſecreta feſtinat obuias manus afferre non
poteſt ſalutare conſilium,niſi ex collatione multorum, Nam & hoc a rege veſtra popoſcit allegatio,
vt abſciſſis clericorum preiudiciis de accuſatorum papa merito per manum os ſupernum iudicaret
imperium.

¶Videamus tamen ſi placet & illas diſputatoris didaſcalici libelli veſtri relegamus argutias.Haben A
tibus etiam nobis ante oculos patrum ſanctiones,quibus exceſſuum veſtrorum ſentina ponderetur,
Lex eccleſiaſtica pontificem ab aliis accuſatum priuſquam ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non
relinqui,Vos diuini vero vt puta iuris memores,quia leuia errata deſpicitis,q̄ peccati nobilitate gau⸗
detis,ne vna vos ex deſertione ſacerdotis culpa reſpiceret,accuſatis enim incremētis delictorum. Ad
hanc vos valetudinem ille qui eſt preuius veſter adduxit vt poſt deſolatum,poſt impetitum pontifi
cem,ſine vllius rigore ſententie totius pene Italie improbandam antiſtitum crederetis eſſe cenſuram
Quomodo quidam dixit de cohorte veſtra,feſtinantem animam morti credidit veſtri . Poteſt ne
mens indocilis criminum iam ditata ſucceſſibus & deteſtabili propoſito velut effeta feriari? Ille vos
his locupletes malis effecit cui elationum copie opes angelicas ſuſtulerunt,& diuinum cenſum no⸗
cendi quod exuberat theſaurus inuidit.Sed promiſſionis memores vniuerſa que operi ipſorum re⸗
colimus inſerta tangamus. Arguitur ſtilo ſplendidiſſimo papa Symmachus,quare conuentionem
p̄ueniens,cum populorum cetibus examen intrauit,& poſt iudicia cum euocatus quater fuiſſet ſpre
uerit. Sic a vobis veri diſceſſit affectio,vt mendaciorum nebulis verbis teſtimonium putetis inuol⸗
ui,& fallacie periculo depicta verba,plus virium credatis habere quam veritatem Roma,quam reti⸗
net. Ergo ne ille diſceptationem vel importunus adiit,vel expectatus aufugit? Ergo ne illam mul⸗
titudinem deuote plebis non pro fidei diligētia chriſtiana magis expectatio,quam furor euocauit?
Quiſquam ne ad inferendam violentiam currens lachrymas comites habet,& qui ſtudet eſſe for⸗
midini vultum timentis oſtendit? Multitudo illa vincta ſacerdotis officiis attulit ad nos lamenta
non iacula nec venit telorum minax,ſed fletibus miſerabilis vna tantum intentionem veſtram oſten
tatione grauatura,quia vberibus oculorum fluminibus demonſtrabat quam eſſet per acerbitatem ve
ſtram conditione dolenda pulſanda pulſatus & in ſobrietate venerādi examinis,afflictione propria
commendabat,quem voce non poterat.Sed habetis manifeſtum ex hac re qui bilem furor accendat,
qui pene abſolutus ad iudicia venit,pro quo orbis illachrymat,& dum rebus extraneam in predictū
inuidiam ſermone colligitis,pauliſper reuerētie veſtre diu ceruix ſuperba ſubmittitur. Sacram enim
congregationem tunc vocatis,quando extinctorem noſtrum Symmachum vultis aſſerere,& crude
li pietate honori noſtro putatis accreſcere,quod reſidens in eccleſiarum arce perdiderit. Nos ita non
ſolum non ſenſimus,ſed diuerſa ſentimus.Ad alios magis tutele veſtre venena conuertit. Non ha⸗
bet teſtimonium defenſoris,qui repugnanti impendit oris obſequium,Perdit quam eſſe putat be⸗
neficii gratiam,qui aliquid preſtat inuito,quia non eſt munus niſi quod velis accipere. Nunc lon⸗
ga non opus eſt admonitione iam perditis,odium debemus operi de cuius iam non ſupereſt quod
dānetur auctorib9. Mulierum turbas aſſeritis vrbanis coloribus cum prefato ad iudicia conueniſſe
& illa veſtra ſubtilitate oſtenditur ſexus qui maiorem antiſtiti debuiſſet affectum profaniſſimi homi
num,ſcriptum retineo.Aliud eſt dicere male,aliud accuſare,Et prophetam dixiſſe. Reprobātes ver
bum ſperaſtis in calumnia,& in tumultu,& eſtis in eo.Propterea erit vobis iniquitas hec ſicut inter⸗
ruptio,quia pro nobis dicit deus.Eos qui iudicant vos iudicabo.Et iterum ad ſeruos ſuos dicit.No
lite timere opprobrium hominum,& blaſphemiam eorū ne metuatis. Rurſum etiam vobis clamat
Accedite huc ſemen adulterii,& fornicarii, Super quem luſiſtis ſuper quem dilataſtis os,& eieciſtis
linguā?Nunquid non vos filii ſceleſti ſemen mendax?Que quib9 copulatis aduertite.Dicatis in di
cta cauſa defenſoribus papa diſceſſit fori,vobis in preſenci negotio & platearum,quarum eſtis hypo
crite exempla proponentes.Nobis ſcriptum eſt,per Paulum apoſtolum.Quibus crucifixus eſt mū
dus.Quid illis cum foro?Sed iſta neſcitis,aut quod eſt grauius nota contemnitis. Peregrinum cre⸗
do aliquid, & a ratione ſeparatum poſtulans papa diſceſſit.Nonne hoc ſperauerit pro ſtatu labentis
eccleſie paſtorali cura conſtrictus,quod & religioſa prouidentia,& cauſa ipſius ordo flagitabat,
Que enim iudiciorum forma preceſſerat vt vobis hoſtiliter diſruptis etiam per ſuggeſtionem ve⸗
ſtram ſublatis eccleſie opibus , qui diu fuerat cibus eſurientium, Famis mancipium videretur,

affectus,dum alimentis diſtributor egebat,vt fieret in dominatu ſeruitus,& in ſeruitute dominatus;
vſqꝫ hoc qualitas precedētis cui per memoriam in medium tranſacta redibat,qualiter habuit effici ex
ceſura conuictus indicatio in quo cām adiudicatur p̄cedebat.Nō fuit priuilegiū, quo ſpoliari potuit
iam nudatus, vnum vobis putaſtis reſidere in ſacra collectione ſubſidium,vt ad tuendorum imma
nitatem criminum ſacerdotes vobis comites iungeretis,& fieret impunitum facinus pollutione mul
torum,nuſquam conuenienti tempore cenſor aciſcitur,quia ad deciſum pene negotium conuocan-
tur criminoſi. Et ſi eſt meritum tollit accuſator qui in eo plus furori ſuo vult licere quam iudici,dicit
enim vobis impetens propheta,Hec eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos ,& ſors diripientiū vos, ite
angeli veloces ad gregem conuulſum & dilaceratum ad populum terribilem. Ad vos angelus miſſꝰ
eſt ſcilicet per ſacerdotes quorum voce ac merito proferenda chriſto dona ſuſcipiunt,& placato domi
nante impetrata a mortalibus vota concedūt per quos vobis oblata ſunt munera repudiata concor-
die,qui penam merentibus delectationis premia detulerunt,qui dum ſe conſyderant in nullo quod
merebamini reſpexerunt,Quis enim(inquiunt)vidit cum accuſatoribus ſuis aperta(vt aiunt) pu-
gna confligere? Imprudentiſſimi omnium qui cum quibus vultis decertare reſpicite,& vtriuſqꝫ par
tis ſi quid ſalutis in vobis reſedit,loca tēpora & perſonas attendite,& ſi vos nefarie congeſta cordis ad
huc praui non ſubegit opulentia,oculos ad dominum pauliſper attollite,& vel breui tempore ſiniſtri
monitoris iuſſa cotēnite,Agnoſcite ſummi regis p̄ceptionibus vos in his que merito plectenda ſunt
non muniri,quia q̄uis reſponſi qualitatem,dicent dogmata poſtulata, & petitio dum exiſtit preuia
que ſunt ſecutura deſcribat.Nunquā tamen caſſibus veſtris libera regnantis verba cepiſtis nunquā
deſyderiis per aucupia calliditatis imperialia vobis ſcripta militarunt. Quoties vanis hiatibus nocē
di inefficax morſus increpuit,toties de accuſato quicquid ſpe tenuiſtis effugit,& vacuos imago pre-
ſumptione occupata deſeruit,Deo gratias qui hanc prouinciam indidit ei cui rerū humanarū ſum-
mam cōmiſit,Spes certa quietis eſt,& ſalutis,perfecta in gubernatore ſapientia, Puppis cuius magi
ſter ad claui regimen intellectus dote preparatur,vbiqꝫ ſtationem,vbiqꝫ portum habet in fluctibus,
Certa generalitatis ſecuritas quando rempublicam nobilibus regit artibus inſtitutus.Sit imperato-
ris noſtri celo infuſa diſpenſatio obuiam manum famoſis in fallēdo ingeniis exhibere, Labore apud
eum non opus eſt quem ſortita eſt olim nuda veritas defenſorem,Ceſſent impia cōmentitia apud il
lum ſimplicitatem fraude mentiri,quicquid ſit dum iuſtitiam nouerit mox tenetur,Nichil apud pre
dictum tutius innocentia eſt lectione valida vtitur,quia equitati res congruenter inſinuat,Que gra
uis eſt plerunqꝫ principibus impugnatio minus fidelium blanditiis non ligatur,Sed hec deo narrā-
tur melius a quo frugis huius planta deſcendit.

A ¶Ad vos me reducit propoſiti operis non amica conditio quoniam melioribus hactenus operum
volui peruagari ſermonibus ,dum captiuam orationem exigit imperioſa neceſſitas , dixiſtis enim.
Quomodo de cauſa vel qualitate eius primitūs tractabitis,etiam nunc dum haberet ſynodus firmi
tatem? O frontem dictionis immunde ,& faciem libelli quam non ſola maculauit imperitia, Tra
ctatus noſtri prouinciam & narratis & queritis . Huic eramus nempe dubii quia quemadmo-
dum loquimini non habebat ſynodus firmitatem. Tranſibat negotii qualitas audituros & plus ad
huc remanſerat in reuerentia pulſati,quam eſſet in integritate collegii. Deinde poſt queſtionum tor
rentes venerabilem Laurentium & Petrum epiſcopos a communione pape ſe ſuſpendiſſe replicatis,
&quicquid prouidit cautio conuocatorum ducitis ad crimē impetiti,Vllo ne ergo tempore dum ce
lebrarentur ab his ſacra miſſarum a nominis eius commemoratione ceſſatum eſt? Vnquam pro de
ſyderiis veſtris ſine ritu catholico & cano more ſemiplenas nominati antiſtites hoſtias obtulerunt.
Aliquando quod capiti veſtro aſcribatur facta eſt apud dominum offenſa per gratiam,& extitit nu
trix peccati venie mater oblatio.fuerunt quidam corporis tantum conuentione ſeparati,quos loque-
ris,animarum tamen preſentiā non vitarunt.Si eo putas a conſortio motu diſſociatos quos fibula re
ligionis pia mordente coniungit procul te ab eſtimatione catholica culparum duxit affectus.Man-
dati celeſtis obauditio,nos autem miſcet,aut ſeparat.Non intereſt que intervalla nos congregent , ſi
vno in ſuperna manſione conclaui retinemur,Vere hinc conuincimus eſſe ſeruos vos ventris & cor-
poris & per hanc ſententie veſtre vilitatem declaratis mancipia vos eſſe terrena .Scriptum eſt enim.
Animalis homo non percipit ea que ſunt ſpiritus.Pōſt hec verſis in fugam ordinibꝰ lymphatici mo
re ſermones addidiſtis. Ergo cōcilia ſacerdotū eccleſiaſticis legibꝰ quot annis decreta per ꝓuincias
quia preſentiam pape non habent valitudinem perdiderunt. Legite inſaniſſimi aliquando in illis

preter

preter apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum,& non de maioribus negotiis ad collationē ſi
quid occurrerit prefate ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum. Sic enim habes. Si quis epiſcoporum iudicio ꝓ
uinciali depoſitus fuerit Romanum papam ſi placet rurſus appellet, & ipſe ſi videtur reparet iudicia
in opitulatione damnati. Ecce enode eſt quod ad laqueum preparaſtis niſi forte arctiſſimis in illa par
te nexibus aſtringamur,& replicationum nobis itinera non pateſcāt,dum callis ante peruius idem &
his nouella interclusione veſtitur,his enim nos eloquii vepribus dum gradimur,per plana retinetis cū
dicitis Ieſum principem quare attributū viſitatorem cōtra eccleſiaſticas regulas prima voluimus fren
te diſcedere, & nichil amplius liceret hunc vitiis ne dureſceret lolium,ne prophana meſſis nulla diſci-
pline ante maturitatem ſucciſa falce decumberet,& putaretur non licere ꝙ iudices non vetabāt, Vnde
ex aperto conſtat nulla vos extra preſtantiam piiſſimi regis quam fruſtra deſideratis noxe copulari
exemplorum auctoritate fulciri.

¶Supereſt vt & ipſum doceam in his exceſſibus quod bono vniuerſitatis contigit non teneri, quia A
directum non occaſionem litis nec fomitem iurgii,ſed cauſam voluit eſſe concordie preuidens ſcilicet
quod niſi ſimplicem iuſſionum ſuarum tutelā vallaret cito in eſcam diſſidii toxica veſtra ſurriperent
ſcriptum eſt enim. Vir ſimplex credit omni verbo idcirco mandati limitem fixit quē nulla liceret trāſ-
greſſione violari,prefatum ad beati Petri Baſilicam mox Romam fuiſſet perductus mandauit occur
rere faciens de ſacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem ſponte paritur ū
in ea parte quam licere ſibi princeps non credidit etiam ſi vetaret,ibiqꝫ papam ab eo ſalutatum ore iuſ
ſit affari vt traderet coepiſcopus mancipia nullis ſubdenda tormentis ſeruanda profecto ad diſcepta-
tionen. ſynodalis examinis? O caſtitatem precepti que dum faciem preſentibus preferet temporibus
in vmbram cogit antiquam que rapit lumen veteribus in auſpicato ſplendore nouitatis. Quis hoc lin
gua diues quamq̄ merito pauper vel opinionis fabricator adiunxit, quis taliter commendaticiis lau-
dibus locupletauit fama dominum Actuum ſuorum veritate mendicum? Non derogo vobis deſcri
ptoribus quorum beneficio contigit ornata ad nos maiorum geſta perduci,ſed dei beneficia non tace-
bo,quia princeps noſter rebus ſuperat decora ſermonum obnoxiam linguis gloriam munerabilis cau
ſarum trutinator inſpexerit,vt cum petitioni veſtre effectus artifex preſtaretur. In omnibus tamen iu
ra eccleſiaſtica cuſtodiret. Que ad hanc eſtimationem quāuis acutiora ceteris corda ſufficiunt vno tē-
pore vna ſcriptione ſine equitatis detrimento deſideria veſtra ſupplentur, & eadem carta ad miniſte-
rium religionis,& veſtrum deſtinatur ad gaudium,boni enim preuidit principis inquiſitio ſeruilem
aſſertionem innocenti examine non probandam In electione enim venerādorum iudicum ipſe accu-
ſantes extra ordinem reppulit, ipſe ad ſpem rettulit accuſatum. Videamus tamen iſta ſi facta ſunt ſi
dei inimici etiam terreni domini non fuiſtis dum Chriſtū & regē parili temeritate deſpicitis, & vnꝰ
vobis ad vtramqꝫ contumeliam ductus eſt criminum deſtinatus antiſtes ab ipſo complende iuſſio-
nis confinio oris veſtri ſpūs abripitur,& ad incentiuam cōfuſionis aptatur. Qui paci militaturus ad-
uenerat inuiſis beati apoſtoli liminibus ad vſum furoris veſtri iam neſcius ſui aduocatur, & illud qđ
ex omnibus orbis cardinibus deuotos attrahit poſitum in vicinitate tranſitur,eccleſiarum fundamen-
tum adire non permittitur,ſtructuram mediocris tunc ſpem bonorum fructuum perdidit a radi-
ce ſeparatus. Dicatis forſitan apoſtoli genio decerpi,ſi putatur celi ciuis terrarum locis includi. Ta-
men quāuis benedictio poſcentibus vbiqꝫ preſtetur, & exigat preſentiam martyris fides, & deuotio
ſupplicantis negari non poteſt diligentie natali ſolo ſuo plus tribui, & maiorem affectum loca impe-
trare de quibus ad ſuperna tranſitur. Quam fidem allegationi curationum multitudo iam preſtitit,
& vtitur poſt obſidionem diabolicam teſtibus iam ſanatis. Hec licet per redemptorē noſtrum in to-
to orbe celebrētur. Eſt tamen non modica monumenti illius per frequētiam comparata nobilitas,quia
per eum qui hominem mutauit in angelum,illuſtrari potuit natura telluris. Hanc viſitatori veſtro in
uidiſtis gratiā eſtimātes,quia errorū veſtrorū ſectator eſſe deſiſteret. ſi reuerēde paſſiōis penetralia cō-
tigiſſet. Ecce non habetis in regia auctoritate ſubſidium. Ecce poſt celeſtem commotionem iuſte vos
& principalis quā ſperni feciſtis cenſura percellit.

¶Videamus ſi ſupereſt aliqua de regulari ꝓpoſitione defenſio. Viſitatores inquiūt & aliis epiſcopis B
dedit ipſe,& iuſtum eſt,vt facti ſui lege teneatur,non vos in hoc titulo falſitatis inceſſo, diu mendaciis
adherentia verba non arguo. Dico tamen latorem iuris diffinitionis ſue niſi velit terminis non inclu-
di, & niſi princeps faſtigii ſumma moderetur, fruſtra ad illud de clericis quod deterius vocatur, Lex
probitatis & mentis eſt que hoiem viuētē ſine lege caſtigat,proprie moribus impēdit,qa neceſſitati nō

debet diſciplinam. Aliorum forte hominū cauſas deus voluerit per homines terminare, ſed iſtius preſulis ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio, voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſores celo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimam diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite eſtimare eas animas de inquiſitoribus non habere formidinem quas deus pre ceteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſo factorum vtitur teſte quo iudice, dicas forſitan omnium animarum talis erat in illa diſceptatione conditio. Replicabo vni dictum. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram edificabo eccleſiam meam, & quecunq; ſolueris ſup terram erunt ſoluta & in celo. Et rurſus ſanctorum voce pontificum dignitatem ſedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium eſt, vbiq; ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur de qua michi videtur dictum per prophetam. Si hic humiliatur, ad cuius confugietis auxilium, & vbi relinquetis gloriam veſtram? Quid ſi immunda michi labia habenti, & nullis ſuccenſa carbonibus vt Eſaie conceſſum eſt, vt his ablutis ipſum ad poſſeſſionis ſue tuenda priuilegia petrum apoſtolum liceret euocare quod ait precibus humana voce loqueretur? Quem ſi audiretis. Hec diceret, filii hominum vſquequo graues corde, vt qui diligitis vanitatem & queritis mendacium. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctuū ſuū. Quid ſtabilita Chriſti manibus cupitis fundamēta ſubruere? Dehoneſtat venerandi reuerentiam nominis, qui adiutorem ſe in his que deum iactat cōmiſſa pollicetur. Cōtumelie genus eſt quaſi in ſolatio adeſſe ſublimi iuxta apoſtolum. Tu quis es qui iudices alienū ſeruū. Quid auribus ipitis illuditis, & grauiorem vindicte ſpeciem facitis eſſe q̃ culpe? Si odium debetis exceſſibus vos mundate. Cur liberius condemnatis ſcelera q̃ vitetis? Sui impugnator eſt, qui fornicationis officiis vrget adulteria, & per animarum ſtupra carnis accuſat. Scriptum nempe retinetis. Maledicti omnes qui fornicātur abs te, feda ergo a nitore domini ſui obligatione diſſoluitur qui ſtatutis celeſtibus minus mera fidei dependit officia poſſeſſionis veſtre, vobis vt video claritas mouit inuidiam quam ſimulata in mali poſſeſſoris indignatione tranſfertis dum deſudatis impendiis Arcem qua fuiſtis conſpicui crebris labefactatam ictibus niſi obſiſterem propoſuiſtis ſubruere & celo ſtabilitam machinam quanta ſit oſtendere per ruinam. Nolite preſtolari de clade veſtra victoriam nolite triumphum ſuperando perdere meis laboribus meo ſudore queſitum, quicquid ad triumphum ducit obtinuit quicquid vos illuſtres faceret in ſede congreſſi. Vobis tribuit claritatem fax iſta quam nupertimo liquore putatis extingui. In pernitiem propriam accenditur qui ſic ſeuit in gratie ſue germina vt plantas abſcidit liberior iuſto iracundia pluſquam alios ſeſſit auctorem. Symmachi quoſvocatis exceſſus ſi ſunt illa qua & vos expectatione ſuſtineo nefas eſt peccantem patientiam iudicis non amare. Quid niſi vltionem flagitat qui dum reus & ipſe ſit. vindicte in alterum moras accuſat, Hec illis a me vox debetur ſtudiis, quoniam deum dixiſſe teneo pronum hominem eſſe in malitiā, & omnem carnem amicam eſſe peccatis. Nolo occaſione perſone innumeris datura dignitatem. fiat in abiectione poſſeſſio, ne dum homo inceſſitur lex diuina frangatur, michi credite ſi ſunt iſta que dicitis. Reſpicio quia & in illis quibus nil tale dicebatur quid fuiſſet inſpexi. Errat qui falli deo proximū credit Michi vindictam ego retribuam dicit dominus, vos potius olim filii de quibus ſpiritalis ventrem partus onerabat ad adiuratam concordiam redite. Pio vos ſinu ſicut habuerit hactenus eccleſia mater accipiat, nunquam eſt ſera correctio. Scit diu expectare immodico labore queſitos, neſcit pro vitibus deſpicere magno pretio comparatos, multis gradibus recurſus eſt ad ſalutem. Preter deſperantem nullus excluditur, fructus venie proximus eſt corone. Nolite ſymmachum papam preſſuris veſtris iuuare. Si reus eſt michi credite cum ceſſauerit humane impugnationis miniſterium, diuinum mox ſuccedet arbitrium. Nonne ſplendidiſſimi cognitoris lance predicto aut pena debetur, aut p̃mium, ſillogiſmos a me ſermonū, & ſcemata non queratis. Antiquo adhuc horret poſt hominē & irriſam a ſapiētibus ſeculi cymbulā nō relinqui. Illa me ꝑ mundi freta ſuſtētat ditat ꝓbatū in captionē hoim recte qđ cernitis, redite ergo qa fuga vos nec dū ceteris agreſtes eripuit, currite ad ouile nec luporū vos exponatis iſidiis, ne ꝑ morā amittatis grām ſpōte veniētiū, qa cōtēptā iuitationē gehēna ſubſeqt̃. ergo ſi quid dulcedinis vt patet debui. ſiquid diſtrictiōis vt attributus adeo magiſter impleui prouidete ne diutius q̄lēcunq; crucis mee angelum rara leuitarū corona circūdet ne dolenda etiā extraneis in longum ſolitudo dominetur, ne labor vteri mei ſterilitatis in te hoſtilem peperiſſet familiā, & numeroſa proles per ſiniſtros actus in fecunditatem parentis oſtendat.

¶Pauca ſūt q̃ aſſerui ſʒ q̄ta ex eis pēdeāt eſtiate, venite filii audite me, tiorē dñi docui vos, romā reſpi
A' cite quā ab idolorū ſeruitute ſine auri, ſine argēti p̄cio liberā ſanguis xp̄i fecit effuſio, q ēt meā ſeruuli

ſui mortem

ſui mortem iuſſit impendi que per multa tempora famoſis cultum delubris exhibuit, que diu vene⸗
rata eſt in imaginibus demonum,que in laborante cenſu indiderat manus magiſtra terrorem que ſu
ſpexit poteſtatem minium epiſcopum tam precioſo metallorum cui ſublimiores deos peperit exer⸗
citatior manus artificis, & diuinitatem quam homo per fabricam contulit apud homines dei habue⸗
rit forma maiorem. Ecce iam Chriſto propitio ad nouas fornaces ſimulachra redierunt. Ecce iam de
obſoleta ſuperſtitione vſus veſter accepit quod letetur. Dum de veteri tonante noua merito vaſcula p̄⸗
parãtur. Quid hanc annitimi interrumpere quietem? Quid ludere vanis intentionibus felicitatem?
Excuſationem non habet furor iſte ſi creditis. Non intereſt quibus itineribus ad mundi principē ten
dat qui a ſancta vnitate diſcordat. Pingues hoſtias litat diabolo qui contriſtat eccleſiam . Vanas ergo
repudiate tēdiculas. ſimplicem habet defenſionem pacis affectus. Nimis armatus eſt qui illa que ad⸗
uerſarius concordie miniſtrat tela contemnit. Sufficit contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda op⸗
poſitio. Quid eulalii & bonefacii tempora,dum malorum ſolatia queritis reuocatis in mediū. Quid
incrementis exceſſuum preſentatis vetuſta contagia,& per iniquam voluntatem ſenectuti in operien⸗
dis delictis facitis nil licere. Alia tunc fuit cauſa diſcordie , & vbi narrando cogeret ſuſtinere tranſacta
oſtenderem vobis nullum euenire ſolatium de comparatione factorum,quia illos quos ad pontifica⸗
le faſtigium intentioni obſequens feruor euexerat. Vtroſq; repulit. Hunc elegi,quia ex illis teſte exitu
nemo michi placuit de iſtis contra regulas nitentem profugum feci prouectum legitime mundo im
pugnante ſeruaui. Scitis iſta nec noua ſunt,quia dum ille truditur iſte firmatur,veſter michi miniſtra
uit aſſenſus. Deinde cur in pernitiem veſtram leditis ſacerdotale concilium. Cur laceratis ſententiam
in qua inſpirante Chriſto oracula ſuperna patuerunt, & inter deum atque homines interpres extitit
lingua pontificum. Quid generalis eccleſie dolorem facitis. Quãuis in principali tamen in vna com
miſſum,illa enim celi curia variarum dotibus aucta curalium,& multo redēptoris noſtri auro,oſtro⸗
q; decorata,nichil in illa diſceſſione auctore ſe protulit,ſed per humane lingue miniſteriū diuino mi⸗
litauit imperio, intellexit non eſſe ſuum quicquid impulſa conſtituit , nichil habet in illa ſententia niſi
vnde ſolata deuotione gratuletur, peregrinum ſtilus ſenſit eloquium inde ſumens gloriam ſolam q̄d
infuſa ſibi & ſeruauit,& coluit. Quid his de exemplis euangelicis preparaſtis calumniam ſicut de vo
bis ſcriptū eſt errauerūt in ebrietate,neſcierunt videntem,ignorauerunt iudicium. Nā prophanis me
moratos verbis ceditis,& inſcitiam proditis & liuorem. Iſti ergo reſurrectionem corporis quam pre⸗
dicant non credentes, Hereticis miſcuere contagiis iſti quicquid abiurant linguis corde ſectantur. Er
go quia dixerunt eum timendum eſſe qui poteſt occidere, & animam mittere in gehennam,ideo a ſi
de aliena texuerunt. Ecce profundam imperitiam, En beatum Lucam cuius poteſtis aſſertione con⸗
uinci,quid clamatur timete eum qui poſtq̄ occiderit corpus habet poteſtatem animam mittere in ge
hennam. Quis locus hic erroris niſi congruentia pari dictu exēpli,& hyſtorie verba concurrunt, nec
diuerſum eſt ab intellectu catholico,& lectionibus quod profertur . Nunquam bene nodus in ſcirpo
queritur,non inuoluit nebula predicate lucis auctores. Reſurrectionem ergo carnis non credunt,quia
poſſe confitentur corpus occidi,quia peccatricem animam gehenna mancipari,denſis cor veſtrum ve
pribus ſuffocatur interna vicia aliis certet aſcribere Iohannis etiam apoſtoli iactatis ſcripta violari,
quia eius verbis dictum eſt. Si dicamus quia peccatū non habuerim⁹ nos ipſos ſeducimus,& veritas
in nobis non eſt. De qua dicti diuerſitate nichil queror,ideo ergo corrupta ſunt apoſtoli monita,quia
non iunxerunt mendaces ſumus,& quia non iunxerunt nos ipſos decipimus non ſolum diuine , ſed
etiam humane rationis ignari. Qui veritatem non habet timendus recte cenſetur,nec alia re niſi fal⸗
ſitate plenus eſt,qui integritate vacuus innoteſcit. Sed hec in vobis non curanda ſunt lingue oratione,
ſed gemituum,nec magis ſunt vobis exibenda verba q̄ lachrime, quia liquido nocens eſt qui inſonti⸗
bus,aut meritum culpabilis,aut nomen opponit.

¶ Reliqua obiectionum veſtrarum capita non reuoluam preſtat ſilentio damnanda ſepeliri, nobili⸗ A
tatē dat facinoribus qui ventilationem ipſorum multiplici ad aures poſteras relatione tranſmittit, bea
ti pauli eſt ſequenda ſententia qui monet per diſcipulum cunctos , & clamat,inanes queſtiones euita
multa enim ſunt in veſtris propoſitionibus que ita feculentis vlnis peccandi amor amplectitur,vt fiãt
indigna memoratu. Plura leuitas dehoneſtat dum ſubductis euiſcerantur verba veſtra ponderibus,
& de religionis cauſis elocutio ventoſa componitur. Auris congruenter ſortita grauitatem que in pa
learum habundãtia nichil eſt horreis illatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum partu⸗
rit vbertatem,& ſpem de herbe luxuria mentitur agricolis. De quibus nichil lucri ventilabra repperi⸗

unt igni debita incendioq; peritura. De his ſcriptum eſt, dormierunt ſomnum ſuum, & nichil inuenerunt. Nichil eſt cariſſimi pace dulcius, ſi tamen ſaporem eius non plenum amaritudine pectus excludat, breuiorem quidem admonitionem debueram q̄ prolixam non paruam veſtri conſideratio, & diuini vobis iurgiis excitata fons protulit vſus eſt multa peccantium ſtricta allocutione non corrigi, & effuſionem plurimi quam in delictis habuerunt in monitoriis ſermonibus hanc requirunt. Me ſatis eſt, & diligentie veſtre, & iuſſis celeſtibus obſecutum in his q̄ ſecuta ſunt locū ſermonibus nō relinquā, quia hec reſero mundi caput Romam per veſtras intentiones eſſe proſtratam, & nutricem pōtificis cathedram quaſi vltimum videre ſedile deſpectam. Cuius vocem beatus Paulus excepit, & illa qua ſemper vſus eſt eloquii intonuit libertate. Apoſtolorum principem leuitatis inceſſitis quod fluxis & profligatis mentibus paratis adhuc ſeruaret affectum ne in profundum ductis vlceribus ferro medicante ſuccurreret reſcindenda docens lachrymis ſecreta morborum, & manifeſte deſperationi ſalutiferum eſſe vulnus adhibendum ne dum manus medici per impietatem a ſectione corrupte carnis ſuſpenditur, de abſtinentia teli inuitetur exitium, quia dum parcit egris dextera curandos interficit. Nec grandis eſt differentia vtrum letum inferas an admittas, mortem languentibus qui cum poſſit non excludit inflixit. His ergo aduerſus eos oris ianuam patefecit aliquis. Omnis qui iudicas in quo alium iudicas teipſum condemnas. Eadem enim que iudicas agis. Scimus quia iudicium dei eſt ſecundum veritatem in his qui talia agunt. Et iterum, beatus qui non iudicat in quo probat ſeipſum. Que nam eſt ratio, vt predicet non furandum qui furatur, & prodigam verecundie frontem nube veſtiat impugnatiōis aliene. Nemo recte monitoris perſonā accipit, niſi qui actibus ſuis errata cōdēnat. Et amorem innocentie conuerſatione demonſtrat. Nam adiacet etiam publicanis amica moribus vicia damnare ſermone, & ſceleratoribus lingue officiis punire quod diligunt, quaſi nō quoddam genus ſit maiorum exceſſuum dare rei affectum labiis quam mente deſpicias & ingenii virus colloquii melle veſtire. Hec ſi ago quaſi vobis pudor puditicia venuſtus aſpectu liceret accuſare doctorem, & aduerſus electum oris liuidi morſus aptare. cum ante futura preſcius per epiſtolam ad vos datam plena voce monuiſſem. Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnetur. Et iterum. O homo qui iudicas eos qui talia agūt, & facis illa, putas quoniam effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patientie & longanimitatis contemnis? Accuſatis maliciam repleti iniquitate, fornicatione, immundicia, auaritia, nequitia, inuidia, homicidiis contentione, dolo malignitate, ſuperbi elati inuentores malorum parentibus non obedientes, inſipientes incompoſiti ſine affectione ſine miſericordia, docetis fornicatoribus neminem eſſe miſcendum adulterii Laurentii, aut ſequaces, aut preuii per quos ille aut exercuit que habebat toxica, aut effundens monſtrauit que accepit. Poſt illam illecebroſe communionis maculam, & peſtem toto orbe execrabilem ſacerdotes dei quaſi abſoleta comparatos communione culpatis, reos putatis eſſe qui ſubiere cōſortium nullo teſte conuicti, & ſectamini hominem toto eccleſiaſtice inſcriptionis non dicam ſtilo ſed enſe perfoſſum. Quod licet non licet, & quod non licet licet. Queādmodū iamnes & mambres reſtiterunt veritati ſic & vos mente reprobi circa fidem proditores proterui. inflati amantes voluptatem magiſquam deum habētes ſpeciem quidem pietatis virtutem autem ipſius abnegantes. O vim doloris interni qui nequit expedire qđ concepit, qui profundis ingeſtum viſceribus loquendi affectum quem imperat vi irrūpit.

A Nichil vobis vltra plus eloquar qđ de oratione remanet lamenta ſupplebunt. Poſt hec ſi inter manus medicorum curatione egreſcitis, nunc aliqua cepto ſalutis cōſideratio vos reducit ſaltem orbis parentem vrbem veſtram reſpicite. Ipſa vos poſt defenſores ſuos apoſtolos merens aggreditur. Ipſa compellat, & ſi quid eſt pietatis in reliquum orditur impetratura ſermonem. Me quam dei ſummi templa repudiatis fauorum cultibus & noue lucis nitore gaudente fecerunt eſſe conſpicuam, quam poſt ſacella ſordentia, & multo pecudum tabo polluta ab hoſtiarum cruore dominici, & apoſtolici ſanguinis effuſione purgauit quam reducta poſt longum ſanitas febrium delubra contemnere q̄ a victimis liberauit oblatio, que pacem Chriſti poſt idolorum inimicitias acquiſiui, cui non fuerunt pene numeroſa dona q̄ numina quam religio ſua reddebat varia deuotione mendicā quā egeſtas oppreſſerat frequentia a diis ſuis beneficia poſtulātem que curios, torquatos camillos quos eccleſia irregenerauit, & reliquos miſi plurime prolis infecunda mater ad tartarum dum exhauſtis emarcui male feta viſceribus quia fabios ſeruata patria non redemit decus multo ſudore gloria parta nichil reſtitit, profugata eſt operum ſine fide innocentia criminoſis iunctus eſt equi obſeruantiſſimus quia Chriſtum ignorauit ſcipio. Per totam vellem ſtilum ducere non orbate pectus ſuſtinere pateretur infantiam, Sed quiſquis

ſamentatiõis tranſacta relegit. Lachrimarum tempora videtur optare,nemo creditur non odiſſe quo
rum relatione non leditur , quia ſiccam faciem de filiorum funeribus referens ſeruat certo teſte crude-
litatis arguitur,illa poſteritas plus meroris attulit perdita, quam iocunditatis acquiſita, relegamus ta-
men quibus mutata ſunt iſta ſucceſſibus. Ecce iam in illo ſacrario libertatis nichil ſeruile de idolorum
cultibus iuenit. Ecce bonorũ corona orbis genus,flos Romanus q diu venerat⁹ eſt plen⁹ ſanctitate cal-
cat altaria . Ecce iam curia mea ad celum vocatur , laudatur,accipitur . Nec poſſum dicere perdidiſſe
me ſobolem poſt gratiam baptiſmi quam vel repentina mors abſtulit. Multos trabearum, & curuliũ
poſſeſſores ſupremus regnator ſine diſpendio cultus , aut dignitatis amplectitur . Pene iam terre-
ni munificentia triumphi diuinum mereamur affectum,& ad Chriſti gloriam proficit quod mun-
do ſtudetis eſſe venerabiles,mẽtior niſi egena agmina conſulatus noſtri in ſubſidio miſeriarum preſto
lantur aduentum, & enim purpura veſtra quo anni vocabulum nobilitatis ſubripientem miſeris ve-
ſtimentorum largitate pellit algorem,prope iam iterum neceſſitatibus fuerunt auxilium decora faſto
rum,& in veteri infidelitate depoſita in tali preparatione cenſus diſpendia efficiuntur lucra animarũ.
Ecce nunc ad geſtatoriam ſellam apoſtolice confeſſionis vel amittunt lumina candidatos.& vberibus
gaudio exactore fletibus collata dei beneficio dona geminantur . Quis tempore quo precioſis verba
partibus quo prolem noſtram eterna genitrix rurſus paritura nunc ſuſcipit cuius poſt primam nati-
uitatem grandeuis fletibus aluus impletur , que michi prolem regenerando dulcem fecit eſſe quam
peperi,que ad ſe venientes ſenium facit exuere & ad vite principia redire confractos? Quis hanc feli-
citatem rogo interpellatione committat? Quis per diſcordiam viperina mẽte compoſitam aurei mi-
chi ſeculi iubet perire beneficia? Quis in renouatione mea occaſum clandeſtinus inſpirat,& per blan
de frontis ſpeciem inimicitiis vires acquirit,generoſam in tali negotio proſapiam nõ agnoſco. Si qui
ſunt tamen ſummorum quos vilibus tempeſtatis huius procella ſociauit aliis auctoribus facinorum
participatione maculantur. Splendor ſanguinis,& ſi communionem criminum incurrit neſcit tamen
ducem ſe prebere peccantibus. Habet forſitan reatum de neglecta cautione non habet dignum ſuppli
cium de ſcelerum principatu. Sub quadam verecundia iungitur deliquentibus qui ad adulta iurgia
conuocatur . Non meretur deſperationem perditi,in quo facilis tantum crudelitas improbatur . Vos
potius video triuiorum germina . Vos agnoſco in quibus nature vilitas conuenientes ſibi mores pe-
perit,quos degeneraſſe claritas fuerat, qui per mentite titulum religiõis gaudetis impunitate viciorũ,
quorum labia nunquam aut honorum ſapor tetigit,aut quietis, qui fas omne origini parendo viola-
tis quos de latebris & ſpeciebus productos preſens cauſa monſtrauit. Quis ante concinnationem ma
li huius qui ceteris agnouit diu fauiſtis ſecreta quibus vos nox generationis abdiderat . Redite po-
tius ad amicam cecitatem,nobis ſerenam & diurnam lucem relinquite. Concordiam eccleſie,aut ab
ſentia,aut correctione preſtate. Si tamen vultis vos numerari inter ſplendidas proſapias actum emen
datione cognoſcant.

## INCIPIT ACTIO QVINTE SYNODI.CC.XVIII.EPISCOPORVM SVB SYMMACHO PAPA TEMPORE THEODORICI REGIS.

POST CONSVLATVM AMENI CVM IN VNVM AN- A
nuente domino ante confeſſionem beati Petri apoſtolorum principis reſediſſe-
mus ſancta ſynodus dixit,libellus qui ſynodali auctoritate contra eos qui aduer
ſus quartam noſtram ſynodum que habita eſt Rome palmari mutire preſum
pſerunt ab Ennodio conſcriptus eſt coram omnibus deferatur , & in preſentia
omnium ligatur atque roboretur . Quo recitato , & ab omnibus conſona voce
roborato ſancta ſynodus dixit,hec futuris tẽporibus conſeruentur atque ab om-
nibus teneantur,& in omnibus ſeruentur . Hic libellus integerrime ſynodaliter ab omnibus teneatur
atque inter quarte, & quinte ſynodorum noſtrarum actiones interponatur , & ita ſicut harum ſyno-
dorum decreta habeatur,quia ſynodali auctoritate conſcriptus eſt,& roboratus. Ad que beatiſſimus
papa reſpondit iuxta veſtram omnium fiat voluntatem,& vt iudicatis apoſtolica habeatur auctoritas
& inter apoſtolica quod dicitis interponatur decreta , & ſicut cetera apoſtolica ab omnibus teneatur

decreta. Ad que omnes ter vna voce reſponderunt dicentes, vt fiat rogamus. Poſt que acclamatū eſt ab omnibus epiſcopis & preſbyteris. Illi qui papam ſymmachū accuſauerunt, & damnationem ei inferre tentauerunt, & illi qui eum iudicauerunt, aut contra noſtram ſynodū garrire, aut ſcribere preſumpſerūt, vt damnentur rogamus. Et paulopoſt omnes epiſcopi, & preſbyteri voce magna clamantes dixerunt. Exaudi Chriſte, ſymmacho pape vita, dictum eſt octies. Cuius ſedem & annos dictum eſt decies, vt fiat rogamus dictum eſt duodecies. Quibus ceſſatis Symmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome dixit. Quoniam fraternitas veſtra ſingulari charitatis ſtudio, pio ac vigilanti affectu, indefeſſis laboribus ac ſpiritu viuaci ſtuduiſtis venerandi patres, tutelam rerum eccleſiaſticarum fouere, ſedem apoſtolicam (que ſolida Petri confeſſione ſtabilita eſt) tueri viriliter cui licet indigni domino ſic diſponente preſumus, ac paruitatem noſtram iamdudum multis afflictionibus impulſam virili protectione defendiſtis oblocutoribus & ſuſurantibus reſiſtendo, qui nouis ſemper inſidiis ſemper aliquid aduerſum nos, & famam noſtram moliuntur, quos ſpiritus ille diuiſionis continuis exagitat aculeis, quibus eſt pax inimica, & diſcordia placens. Et quia veſtra bonitas curam prouiſionis noſtre ſuis exhortationibus incitauit, & parilem circa eccleſie tranquilitatem domini noſtri contemplationem animi preſtet flagitamus, vt circa inſidiatores, & perſecutores noſtros mitius agatis, & licet iuſte damnentur propter miſericordiam tamen conſeruentur, vt in nobis illa domini declaretur ſententia, qua precipitur, ita fratribus dimitti ſicut ſibi a domino cupiūt dimitti, De cetero vero ne vnquam talia non ſolummodo in apoſtolice ſedis preſule a quoquam preſumantur, ſed nec in vllo Chriſtianorum epiſcopo vſurpentur, Non ergo neceſſe eſt ſuper his noua cudere, ſed vetera recitare atque firmare. Eſt enim a multis anteceſſoribus noſtris ſynodaliter decretum atque firmatum vt oues que paſtori ſuo commiſſe fuerunt eum nec reprehendere niſi a recta fide exhorbitauerit preſumant, nec vllatenus pro quacunq; re alia niſi pro ſua iniuſtitia accuſare audeant, quoniam paſtoris actus gladio oris non ſunt feriendi, q̄quam rite rephēdendi eſtimētur, nec vllos ep̄os ſuis reb⁹ expoliatos vel a ſedibus vi aut dolo, aut quocūq; ingenio pulſos ſicut & vos de nobis iudicaſtis, aut ad ſynodū tā ꝓuitialē q̄ gn̄alē poſſe cōuocare, aut in aliquo iudicare anteq̄ cuncta q̄ eis ablata ſūt legib⁹ ꝑtāti eorū pacifice per oia reintegrent̄ decernimus, Prius ergo opʒ oia illis legibus reintegrari, & eccl'ias q̄ ſublate ſibi ſunt cū oi priuilegio ſuo reſtitui, & poſtmodū non ſub anguſto tp̄is ſpacio, ſed tantū tp̄is ſpaciū eis indulgeat̄, q̄tū expoliati vel expulſi eſſe vident̄ anteq̄ ad ſynodū cōuocent̄, & ab oibus quiſq; ꝓuintie ſue ep̄is audiat̄. Nā nec cōuocari ad cauſam nec diiudicari p̄t expoliat⁹ vel expulſus, q̄a nō eſt priuilegiū quo expoliari poſſit iam nudatus. Vn̄ & antiq̄tus decretū eſt oēs poſſeſſiones & oia ſibi ſublata atq; fructus cunctos ante cōteſtatā litē ꝑceptor, aut prias poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptū habetur, ille q̄ violentiam pertulit vniuerſa in ſtatu quo fuerant recipiat, & que poſſedit ſecurus teneat. Et alibi in ſynodalibus patrum decretis, & regum edictis legitur ſtatutum, reintegranda ſunt oia expoliatis vel eiectis epiſcopis preſentialiter ordinatione pontificum, & in eorum vnde abſceſſerunt poteſtate funditus reuocanda quecunq; cōditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quaſcunq; iniuſtas cauſas res eccleſie vel proprias, aut ſubſtantias perdidiſſe ſuas noſcuntur, ante accuſationem, aut regularem ad ſynodum vocationem eorum & reliqua. Eſt etiam in antiquis eccleſie ſtatutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Vnde & in euangelio ſcriptum eſt. Quod ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplū. Et in legibus ſeculi cautum habetur. Qui rem ſubripit alienam, Illi cuius res direpta eſt in vndecuplum que ſublata ſunt reſtituat. Et in lege diuina legitur, Maledictus omnis qui tranſfert terminos proximi ſui, & dicit omnis populus amen. Talia ergo non preſumantur abſq; vlla vltione, nec exerceantur abſq; ſua damnatione. Accuſatoribus vero inimicis vel de inimici domo prodeuntibus vel qui cum inimicis immorantur, aut ſuſpecti ſunt ne credatur, ne irati nocere cupiant, ne leſi vlciſci ſe velint.

A ❡Quid ad hec vobis cariſſimi fratres videtur prudentia veſtra ꝓ eccleſiaſtica quiete vel indēnitate vniuerſi edicite, vniuerſa ſynodus dixit. Epiſcopalem perſecutionem & eccleſiarum abſciſionem vel vaſtationem atque ſeruorum dei inſectationem fulti predicta auctoritate & omnium ſanctorum patrū prohibitione veſtraque conſolatione communi tractatu pariter in futurum robuſte ac veraciter amputantes ſanctorumque patrum ſtatuta firmantes expreſſis ſententiis ſancimus ne vnquā talia a quoquam noſtris, aut futuris temporibus preſumantur. Et ſilentio facto ſymmachus epiſcopus eccleſie vrbis Rome dixit. Quod ſi aliq̄ hec trāſgreſſi fuerint, & talia preſumpſerit. quid ſuper his vobis videt̄ pari adunatione manifeſtate, Cūq; ſurrexiſſent, & pauloposſt iterū cōſediſſent vna voce dixerunt, ſi q̄s

hec que

hec que hodie in hac ſancta ſynodo ꝓhibita ſunt infringere pſumpſerit,aut volũtarie trãſgredi tẽtaue-
rit ſi clericus eſt gradu proprio penitus careat,ſi vero monachus aut laicus fuerit communione priue-
tur,& ſi nõ emẽdauerit vicino anathemate feriatur. Secretas vero iſidias vel manifeſtas põtificibꝰ a qui
buſcunq; illatas, vel ea que huius ſancte ſynodi ſentẽtia cõplectitur, ſi quis ad eccleſie pertulerit noti-
ciam potiatur honore,& hi qui aduerſa eis moliuntur,ſicut a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt,
& hodie ſynodali & apoſtolica auctoritate firmatur,penitꝰ abiiciãtur,&exilio ſuis oibus ſublatis perpe
tuo tradãtur,hec vero que in hac ſctã ſynodo ſtatuta ſunt,& ea que in libello quẽ Ennodius noſtra au
ctoritate conſcripſit,ſicut in preſentia noſtra relecta ſunt,vt propriis manibus roborẽtur,rogamus atq;
in perpetuum cõſeruentur ſicut predictum eſt veſtra apoſtolica auctoritate firmentur. Sed ſymmachꝰ
eccleſie vrbis Rome catholice epiſcopus dixit. Acclamationes veſtras ſynodiq; iudicium preſentia ſu
ſcipient geſta. Adiecitq; & dixit. Ea que ad ſuſcipiendos veternoſe preſumptionis errores vel inſenſe
pontificibus preſumptionis morbos quibus ſtatus affligi ſolet eccleſie ſeruorumq; eius deliberatio re
ligioni congrua paciq; conſtituit,perpetua ſotientur firmitate,vt annuente domino quem cuſtodem
rerum conſtat eſſe bonarum ſynodalis ordinatio vigeat,atq; omnis qui ſine pſone alicuius diſtinctio
ne venire preſumpſerit,impoſita ſuperius diſtrictione plectetur, vniuerſa ſynodus dixit,vt fiat roga-
mus, dictum eſt decies,vt ſcandala amputentur & inſidie atq; detractiones erga epiſcopos vitentur ro
gamus,dictum eſt duodecies. Et facto ſilentio vniuerſi in ſancta ſynodo congregati clamãtes dixerũt
Exaudi chriſte,ſymmacho vita,Dictum eſt octies,hic eſt pax cum ſymmacho. Dictũ eſt nonies. Cu-
ius ſedẽ & annos,dictum eſt decies,vt de preſenti fiat dictum eſt duodecies. Et paulopoſt cũ reſediſſet
facto ſilentio vniuerſa ſynodus dixit. Quiſquis clericorum aut monachorum aut laicorum tam ma-
ioris ordinis q̃ etiam inferioris poſt hanc formam nobis prolatam his decretis contraire preſumpſerit
ſtatutis canonicis velut ſciſmaticus percellatur,Et ſubſcripſerunt, Celius ſymmachis epiſcopus ſancte
eccleſie catholice vrbis rome huic ſtatuto a nobis inſpirante domino peracto ſubſcripſi. Laurentiꝰ eps
eccleſie mediolanenſis huic ſtatuto a nobis inſpirãte domino peracto ſubſcripſi Petrus eccleſie rauẽna
tis huic ſtatuto a nobis inſpirãte domino peracto ſubſcripſi. Eulalius epiſcopus eccleſie ſiracuſane huic
ſtatuto a nobis inſpirante domino peracto ſubſcripſi, Felix epiſcopus terracinenſis ſubſcripſi, Ste-
phanꝰ epiſcopus eccleſie cordubenſis ſubſcripſi·Fortunatus epiſcopus ecccleſie valenſis ſubſcripſi, Be-
nignus equiuenſis,Iohannes ſpolitanus,Romulus preneſtinus,Stephauus venuſinus,Candidus tu-
dertinus,Valentinus amiterninus,Fortunatus fulgenatus , Griſogonus albanenſis, Euticius tranen-
ſis,Amandus poturanus,Laurentius bobianẽſis,Clorenſis caleſtinenſis,Euſebius faneſtis,Romanus
numentanꝰ,Propinquus trebiatis,Aſterius equinatis,Siluanus voliterninus,Epafroditus cameaſenꝰ
Cintus gerohenſis,Helyas benedicanus,Paulus tripolitanus,Policarpus gabalenſis, Patriciꝰ craſſen
ſis,Menecratis caroſenſis,Florẽtius ſardonenſ,Iulianus ipepotanus, Paulinus perperẽtinus, Noenius
inſenius,Petronius martineus,Heſperos epitanenſis,Eſaias cleas,Olimpius euacitonacius, Rufinus
brionolitanus,Philippus neaſletanus,Baſilicus peleaſicanus, Didimus lãpidenſis. Iuſtus firmienſis,
Arenton hoſtiẽſis,Auguſtꝰ liparitanꝰ, Ruſticus berſentinꝰ, Venãtius ſinagolienſis,Victor dunenſis,
Innocẽtiꝰ tifernatius,Bonefaciꝰ foroflãmienſis,Sebaſtianꝰ ſiraninus,Aſellus populolitanꝰ, Empilius
voliterninꝰ,Proiectus forinoui,Veneriꝰ pellenſis,Coloniꝰ foroclodiẽſis,Probus carmamelenſis, Vin-
demius auentinus, Proculeianus ſepniatios, Eortunatus abenignus . Vaſcaſius vulternenſis, Martia
nus ecamenſis,Baſſus mutinenſis,Pacatianus coralienſis,Meras corlonenſis,Macedon maidonenſis,
Marcellinus illidonenſis. Paulus proglorienſis,Diodorus liſtinienſis , Necinus muſii, Theodorus
adria, Epiphanius pergẽſis,Leuanſa amphorenſis,Alcimedeſeides contraconicenſis , Dioniſius ana-
nenſis,Andreas ſatalenus,Amaxius ſalconenſis,Croton parſidonenſis,Philippus barbarenſis. Theo
dorus antipolleus,Leontius araxenus,Antipatros canimenos,Gratinus panormitanus,Andreas tho
lantanus,Nicholo ſacrafuranus,Romanus bobonenſis,Oniforus iconienſis,Neoptolenus chronenſis,
Paulus dernenſis,Patharchos liſtron,Eugenius careuſoſſides,Tyrãnus imadianenſis , Aſcolias lalan
denus,Steros profiadenſis,Predialis gizonus,Quintinꝰ focenſis irentinus magniſias, Manias ami-
tii,Quiriacus eleae,Valerianus boſſionenſ,Fominus zitrenus,Fericius archodonenſis,Didimus la-
pitenſis,Steros prodoſianenſis,Fnodorus ametimos, Epafroditus cameſenus , Olimpius canenſis,
Didimꝰ lapicenſis,Barachos laxs,Efrontius bui,Florentius motilenſis, Iohannes rodẽ. Gennadiꝰ
moſonenſis, Euandros diupoleos, Iohannes trapotutanus, Philippus agereſitanus, Thomas

tilenſis, Gennadius amonenſis, Caris diopolitanus. Paulus ariſtenſis, Mathias themeſſianenſis, Eulalius ſibrienſis, Amphilotius ſidecenſis, Gaius ſuetronenſis, Eudoxius eletenſis, Martianus corallenſis, Euſebius coctinenſis, Obremus coraceſienſis, Romanus mirrenſis, Ariſtoditos olimponenſis, Eudoxius cotuatenſis, Palladius capalenenſis, Citintus patarenſis, Stephanus limirenſis, Zenodotius telmiſu, Maximus zetilonenſis, Muſenius lunenſis, Florentinus adrianopolitanus, Baſſones neaſpilitanius, meſalimus laudicenſis, Fotianus ſalageſſunenſis, Olimpius ſozopolites, Alexander ſeleucenſis, Valerianus afrus, Epafrodius cameſenſis, Barrachos nazenſis, Charis dioniſiopolitanus, Euſebius clazomenus. Et bauentia mipolitanus, Thomas arliocomenus, Eliodorus ametimos, Pergamius atticenus, Eutropius adadomenſis. Paulus philodemenſis, Longinus apapermenus, Theocuſtus tyreu, Forticius metropolitanus, Ciros ſimondenſis, Libanus palatonenſis, Doleſtos ſebaſtenſis, Danielus cadolenſis, Munichꝰ lardicias, Trunitanus, Sſtrategius pilobatenſis, Aquila antodenus, Baſilius nacorienſis, Euſtochius docunius, Quiriacus eucarpenſis, Abircitius Iheropolitanus, Epiphanius mardagenſis, Philippus liciados, Mocinius epheſi, Mauros baladenſis, Euſebius dorileu, Martianus ſinalidenſis, Calandion alacarnenſis, Iohannes enidienſis, Theodoretus alabaudenſis, Tigamus apollonenſis, Iohannes amizonenſis, Eupititius ſtaconenſis, Menandros eracleos Diniſius latomenus, Panias eriſtodenſis, Placalus laſſu, Iohannes aliſdonenſis, Dioffiſius anthiochenus, Cretomanus afrondiſius, Etherius ſinirnenſis, Stephanus epheſinus, Patricius aidonopolites, Daniel lampſacenus, Frimas abidenſis, Theuſebius ilui, Stephanus pinameni, Pionius trodenſis, Eulalius pianenſis, Dauid adrimenſis, Talaſius panus, Petrus dardanenſis, Diogenis geticonos. Olimpius prudiſiadenſis, Theophilus adeo adriopolites. Apramonus titanos, Theodotus eradenſis, Calegonus cladipotus. Theodorus ſerunenſis, Polichonus dipodinēſis, Renos luliolpoltus, Etherius papiu, Petrus gagrotanus, Anthiochus ſinoponus, Atticus lanenſis, Vranius iborenſis, Paralius adriponenſis, Lucadius minzitanius, Euſtaſius galatinenſis, Miſterus amorrui, Aquilas eudoxiados, Quiriacus troanadenſis, Pios protheniſſenſis.

## EXPLICIT QVINTA SYNODVS ROMANA SVB SYMMACHO PAPA INDICTIONE NONA

### Incipit ſexta ſynodus Romana ſub ſymmacho papa habita tempore theodorici regis die Calendas octobris.

A CVM IN VNVM APVD BEATVM PETRVM APOSTOlum ſancta ſexta ſynodus canonice a beato Symmacho Rome congregata reſediſſet ſymmachus predictus epiſcopus eccleſie catholice vrbis rome eidem ſynodo preſidens dixit. Quoniam religioſus ſancto ſpiritu congregātē conuentus hortatur, vt quecunq; pro diſciplina eccleſiaſtica neceſſaria ſunt cura diligentiore tractemus: Nos enim & apoſtolice ſedis moderamine compellimur, & eccleſiaſticarum diſpoſitione conſtringimur, ſic canonum paternorum decreta librare & retro preſulum anteceſſorumq; noſtrorum decreta metiri, vt que preſentiū neceſſitas temporum reſtauranda ſunt eccleſie relaxanda expoſcit, adhibita diligenti conſideratione quantum fieri poteſt auxiliante domino temperemus, quia nos qui potiſſimi ſacerdotis adminiſtramꝰ officia trangreſſionū culpa reſpiciet, ſi in cauſis dei deſides fuerimus inuenti, quia meminimus quod timere debemus, & qualiter comminetur dominus negligentie ſacerdotum, Sane reatu maiore delinquit qui potiore honore perfruitur & grauiora facit vicia peccaminum ſublimitas dignitatum, Ideo tacere non debemus ſed ea que neceſſaria fore agnouerimus, viriliter corrigere & emendare ſatagamus, & ea que nociua ſunt extirpare prout dominus dederit nō negligamꝰ. Ab vniuerſis epiſcopis & preſbyteris acclamatum eſt. Exaudi chriſte, ſymmacho pape vita. Dictum eſt ſepties. Hec confirmamus, & hec docemus. Dictum eſt octies, Doctrine veſtre gratias agimus ingentes, Dictum eſt decies. Iſta teneantur & iſta obſeruentur rogamus. Dictum eſt duodecies. Dignus papa dignus doctor. Et facto ſilentio ſymmachus epiſcopus dixit, Communis dolor & generalis eſt gemitus, quod intra eccleſiam noſtris & retroactis tēporibus de iuaſione rerū eccleſiaſticarū & vexatione ſacerdotū cognouimꝰ que res non

ſed omnes domini tangit ſacerdotes. Et licet hec a p̄deceſſoribus nr̄is iā prohibita ſunt, & tales preſumptores damnati, & a ſanctis canonibus anathematizati, ne tñ̄ denuo preſumantur, eſt etiā ſup̄ his promēda ſententia vt qui eorum caſum non timent, timeant ſaltem eorum perpetuam damnationem, & quod ſepe preſumitur, ſepius vt inhibeatur neceſſe eſt. Sancta ſynodus dixit, hec ne fiant denuo ſynodali cōuentu prouida beatitudini vr̄e ſnīa eneruari cōuenit & ne in exēplū remaneat p̄ſumē di ſunditꝰ extirpari Symmachus ep̄s dixit. Modo quia deꝰ preſentiā veſtrā votiuā mihi cōceſſit, neceſſe eſt rem fieri firmā quā credo eccleſiaſticis facultatibus conuenire vt agnoſcant omnes quos vanus furor & auaritia excitauit, talia abſqꝫ vltione nō poſſe preſumi, Sācta ſynodus dixit. Scimꝰ prouiſionē veſtram neceſſariis ſtudere. Et ideo in veſtra eſt poteſtate ſequenda diſponere, Symmachus epiſcopꝰ catholice eccleſie vrbis Rome dixit. Magna quidē venerando & ſacerdotali debetur cultura propoſito cum iminet de ſtudio que recta ſunt non de neceſſitate diſponere. Sed quoniam in aliquibus aliena poſtulantibus vitiorum mater auaritia repudiatis honeſtatis repagulis totū putat expedire quodlibet, & ita dum prede inhiat, patientia ſuperne ciuitatis abutitur expectātibus correctionem celo moderante iudiciis ſe exiſtimant non teneri, cum clarum ſit quod apud certos in occaſione rapiendi procedat diuine mora ſentētie. Sed nobis quos paſtoralis cura & eccleſiaſtica aſtringit pro diſpēſatione certa ratio reddenda ſubſtantie opus eſt vt ſollicitudinem noſtram non ſolum ad preſentia, ſed etiam ad futura ſecula porrigamus, ne ad anime noſtre detrimenta contingat ſi hi qui poſſunt ſtatutis debere innocentiā preſumentes de libertate deliquerunt, cum religioſa poſſunt & noſtra ſucceſſores noſtri poteſtate fulciri legibus eccleſiaſticis ſeruientes. Sancta ſynodus dixit. Scimus ſpiritu dei cor veſtrum eſſe ſuccenſum & inſtinctu dei vos ita loqui. Quapropter omnibus ſummopere conuenit obſeruare vt oblationes fideliū a nemine preſumantur, & abſqꝫ conſenſu & voluntate epiſcopi in cuius dinoſcuntur eſſe parochia & poteſtate poſſidere vel dominari tententur quoniam nonnulli memores ſui pro remiſſione peccaminum ſuorum & paterne vite in creatione de facultatibus ſuis tam rerum immobilium quedā vero per ſcripturas eccleſiis tradiderunt & deo creatori ſuo perpetualiter habenda dederunt quo contra aduerſis deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenentur, vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam. Nec intueri corde poſſunt diem iudicii, dum nimie cupiditatis delectantur ardore. Vnde precamur vt antiquorum patrum regulas que modo propter iniuriam quorundam quaſi oblite habentur renouetis, vt tale iudicium ſuper eis fiat, vt aut manifeſte heretici qui eccleſiam dei ſcindunt, & anathematizati atqꝫ ab eccleſia dei extorres habeantur aut per ſatiſfactionem eccleſie ad penitentiam & demum iuxta regulas eccleſiaſticas ad reconciliationem recipiantur.

quomodo creuerit eccl[es]ie patrimonium

A

❡ Symmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis rome dixit, his ergo rite perpenſis ne illi in ruinā incidant & perpetuo damnentur exitio & ſancta eccleſia precioſo Chriſti ſanguine redempta reſtauretur, eique pie famulantes non opprimātur. Sed releuētur menſura cum dei noſtri conſideratione vna cum noſtro iudicio ſancimus, vt quicunqꝫ immemor aut memor interitus ſui res eccleſie delegatas & domino oblatas, abſqꝫ proprii epiſcopi iuſſu poſſidens preſumpſerit deinceps tenere quocūqꝫ in loco & veritate comperta res dei ſeruis ſuis diſſimulauerit, aut renuerit reformare liminibus eccleſie ab epiſcopo eiuſdem loci prius arceatur, indigne enim ad altare dei properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſte id eſt ſine licentia epiſcopi poſſidere, aut iniqua vel iniuſta defenſione in eis perduret, Necatores enim pauperum iudicandi ſunt prefixo tenore, & ſi non emendauerint vitium extirpandi. Debet tamen eſſe prouiſio vt vindictam admonitio manifeſte precedat & res vſurpatas iniuſte qui abſtulit aut iniuſte ablatas retinet equitate patrocinante legibus reſtituat. Quod ſi neglexerit & neceſſitas compulerit demum predonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat, neque quiſquam per internas res deum defenſare nitatur quia dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari dominatione concludit. Quod ſi preſumpſerit & ipſius offenſam & predicte damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam huiuſcemodi frena diſtrictionis imponimus qui facultates eccleſie ſub ſpecie largitatis regie vel cuiuſcunqꝫ poteſtatis improba ſubreptione preuaſerint. Sera nāqꝫ de his rebus penitudine commouemur, cum iam tranſactis temporibus contra huiuſmodi perſonas canonum ſuffulti preſidio ſe ſacerdotes domini erigere debuiſſent. vt non manſuetudo indulgentie ad ſimilia perpetranda improborum audacia adhuc quotidie prouocaret. Nunc tarde iniuriarū mole depreſſi damnis quoqꝫ cōpellētibus excitamur. Quod ſi is qui res domini competit in aliis q̄ niſi res agitur maxime ſolet territoriis commorari ſacerdotem loci ipſius

vbi habebat epiſcopus huiuſmodi prauitate contentus,neglectu perſone litteris inſtructum reddat. Tunc antiſtes ipſius fratris anxietate comperta,aut peruaſorem rerum dominicarum admonitione corrigat,aut pretaxata canonica diſtrictione cōdēnetur,Vnde & in canonibus in gangrenſi eccleſia apoſtolica auctoritate cōditis de fructuum oblationibus que miniſtris eccleſie debentur & de his que in vſus pauperum conferuntur ſcriptum habetur.

gangrensi concilium apostolica conditum authoritate

Si quis oblatiōes eccleſie accipere vel dare voluerit preter epiſcopi conſciētiam vel eius cui huiuſmodi ſunt officia commiſſa nec cum eius voluerit agere conſilio. Anathema ſit,Et iterum in eodem conſilio,Si quis oblata deo dederit,vel acceperit preter epiſcopum,vel eum qui conſtitutus eſt ab eo diſpenſandam miſericordiam pauperibus & qui dat & qui accipit anathema ſit,Valde iniquum ergo & ingens ſacrilegium vt quecunq; vel pro remedio peccatorum,vel ſalute,vel requie animarum ſuarum vnuſquiſq; venerabili eccleſie contulerit,aut certe reliquerit ab his quibus hec maxime ſeruari conuenit,id eſt chriſtianis & deum timentibus hominibus & ſuper omnia a principibus & primis regionum in aliud transferri vel conuerti. Propterea qui hec non preuiderit & aliter quam ſcriptū eſt predia eccleſiis tradita petierit vel acceperit aut poſſederit,vel iniuſte defenderit aut retinuerit niſi cito ſe correxerit,quo iratus deus aīas percutit,anathemate feriatur,ſitq; accipiēti & danti & poſſidenti anathema,& inſtitute pene contubernium aſſiduum. Nec aliquo ſe ante tribunal chriſti obſtaculo muniat qui a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit. Ab vniuerſis epiſcopis & preſbyteris acclamatum eſt,vt hec penitus abſcindātur rogamus. Dictum eſt quinquies,vt hec amputentur precamur, Dictum eſt ſepties,vt res eccleſie quibus tradite ſunt intemerato iure ſeruentur rogamus,dictum eſt ſepties,vt ſe dum hoc quod perſecutus eſt ſynodali conuentu per omnia fiant vnanimiter deprecātes rogam⁹. Dictū eſt octies,vt in preſumptoribus vindicetur rogamus dictum eſt decies,vt diſciplina ſeruetur rogamus. Dictū eſt vndecies. Que male admiſſa ſunt per vos corrigantur. Dictum eſt duodecies vt illicita facta amputentur. Ita vt deinceps non fiant rogamus. Dictum eſt tredecies,vt apoſtolica ordinatio illibata ſeruetur; dictū eſt quatuordecies. Dignus papa quod non licet non fiat. Dictū eſt quindecies,Exaudi chriſte, ſymmacho vita. Dictum eſt ſexdecies,vt canones cuſtodiatur rogamus, dictum quindecies,vt ordinatio apoſtolica ſeruet̄,dign⁹ papa,dign⁹ doctor dictū.xix,Hec omnes vnanimiter cōfirmam⁹,& vt vnanimiter ſeruentur,rogamus dictum.xx. Per dominum Petrum vt perpetuo ſeruentur,rogamus dictū vigeſies,Qui hec violarit in ſe iuxta in pretaxatum modum inueniat. Dictum eſt vigeſies.

¶Et facto ſilentio ſymmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome dixit. Preſentis diffinitionis formam que iuxta ſanctorum patrum eſt ſtatuta ſententias in omnium eccleſiarum noticiam peruenire decernim⁹, ne cuiquam poſſit pro ſua ignoratione licere quod non licet. & qui talia preſumpſerint ſciant ſe pretaxato condemnatos eſſe modo. Similiter & hec ad eccleſiarum noticiam veſtra cunctorum exhortatione,& iudicio cenſemus peruenire,& ab omnibus firmiter teneri,quia epiſcoporum res eccleſie non dubitantur eſſe, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate peruaſores rerum memoratarum predicte canonum diſtrictionis feriantur vindicta, vt qui maioribus propriis ac nulla conſcientie caſtigatione corriguntur ſaltem eccleſiaſtice & canonice vindicte perfodiantur aculeis,generaliter vero quicunq; res eccleſie confiſcare aut impetere, aut peruadere periculoſa aut ſua infeſtatione preſumpſerit,niſi ſe citiſſime per eccleſie de qua agitur ſatiſfactionē correxerit ꝑpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi qui res eccleſie iuſſu vel largitione principum,vel quorundam potentum,aut quadam inuaſione aut tirannica poteſtate retinuerint & filiis vel heredibus ſuis vt a quibuſdā iam factum audiuimus,quaſi hereditarias reliquerint,niſi cito res dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus,vt potius cuſtodes cartarum quam defenſores rerū creditarum,vt preceptum eſt iudicemur. Sanandum eſt ergo celerius,ne longius execrādus animi morbus inſerpat, vt ſi medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem eſſe langorem,magnum ſue artis eſtimat documentum ſi cito quis illius interuentu deſperatus euadat,vel cum poſſe vulnus aſpexeris adhibet fomenta vel cetera quibus illud poſſet quod natum fuerat vulnus obduci,ac ſi id manens ſanari non poterit ne corpus reliquum ſua tabe corrumpat,ferro amputet quod nocebat,quo reliquum integrum & ſeruet intactū. Precidendū id ergo eſt quod velut puro ſanoque nimium corporis vulnus obrepſit ne cum tardius abſtergitur, in ipſis pene viſcerib⁹ hui⁹ mali nō haurienda ſentina conſidat,Ferro enim abſcidenda ſunt vulnera que fomenta non ſentiunt. Similiter & illi extorres debēt fieri ab eccleſia qui ſacerdotali admonitiōe nō corrigūtur dicente dn̄o.

Auferte

Auferte malum a vobis,vniuerſa ſynodus acclamauit,vt iſta fiant rogamꝰ.Dictum eſt octies.Iſta ſer
uentur precamur,Dictum eſt decies,vt imperpetuum maneant & veſtra auctoritate firmentur,Di⸗
ctum eſt duodecies,Exaudi xp̄e.ſymmacho pape vita.Dictum eſt duodecies.Et facto ſilentio ſym⸗
machus epiſcopus eccleſie catholice vrbis rome ſynodo preſidēs dixit,In hoc cognoſcimus oēs quia
deū diligamꝰ ſi mādata eius faciamꝰ,Hec eni charitas dei vt mandata eius cuſtodiamus & mandata
eius grauia non ſunt,Iuſtus eſt enim dominus & oia iudicia eius iuſta ſunt,atq̧ omnes vie eius miſe
ricordia & veritas & iudicium,in manu dei poteſtas terre,cui execrabilis eſt omnis iniquitas,in manu
dei poteſtas hominis & ſuper faciem ſcribe imponet honorem ſuū.Perdit deus memoriam ſuperbo
rum & iniqua gerentium,& relinquit memoriam humilium & bonorum hominū,hoc autē pro cer
to habet omnis qui recte colit deū quia vita eius ſi i probatione fuerit coronabitur,& ſi in tribulatione
liberabitur.Si vero in correctione fuerit ad miſericordiā perueniet.Omne quod irreprehenſibile eſt
catholica defendit eccleſia.Non licet ego imperatori vel cuiq̄ pietatē cuſtodienti aliquid cōtra manda⸗
ta diuina preſumere,nec quicquā quod euangelicis propheticiſq̧ & apoſtolicis regulis obuiat agere,
iniuſtū eni iudicium & definitio iniuſta regio metu vel iuſſu a iudicibus ordinata non valeat,nec
quicquā quod cōtra euāgelice vel prophetice aut aplice doctrine conſtitutionem eorum ſiue ſancto
rum patrum actum fuerit ſtabit,& quod ab infidelibus aut hereticis factum fuerit omnino caſſabitur.
⁋Nociua ergo ſancti predeceſſores mei damnare confidenter ſtuduerunt,quorū & puſillitas mea, A
licet impar & minima pro ſuſcepto tamē diuina dignatione miniſterio pediſſequa cupit exiſtere,ve
enim erit nobis qui huius miniſterii onus ſuſceptū habemus veritatem ſaluatoris noſtri Ieſu xp̄i quā
Apoſtoli predicauerunt predicare neglexerimus,ve enim erit nobis ſi ſilentio veritatem oppreſſerimꝰ
qui erogare nummulariis iubemur,id eſt chriſtianos populos ibuere & docere,Quid in ipſius chri
ſti futuro dicturi ſumus examine ſi ſermonū eius veritatem confundimur,predicare.Quid erit de
nobis cum commiſſis nobis animabus & de officio ſuſcepto rationem iuſtus iudex deus noſter diſtri
ctim exegerit.Ideo nos oportet ſemper nociua reſecare & auxiliante domino profutura erigere,Vnde
obiurgando,hortando ſuadēdo blandiendo,conſulendo prodeſſe,quibus poſſumus feſtinemus,lin⸗
gua noſtra bonis fomētū ſit.prauis aculeꝰ,timidos retūdat,iratos mitiget,pigros exacuat,deſides hor
tando ſuccendat,refugientibus ſuadeat,aſperis blandiatur,deſperatos conſoletur,vt quia doctores
dicimur viam ſalutis gradientibus oſtendamus,Simus in cuſtodia vigilantes,aditus contra hoſtis in
ſidias ſolliciti muniamus,& ſi quando ouem perditam de commiſſis gregibus error abduxerit,to⸗
to illā anniſu ad caulas reuocare dominicas cōtēdamꝰ,vt de paſtoris nomine,quod habemus non ſup
plicium ſed premium conſequamur.Quia ergo in his omnibꝰ diuine gratie adiutorio opus eſt om
nipotentis dei aſſiduis precibus clementiam exoremus,quatinus ad hec nobis operanda,& velle tri⸗
buat.& poſſe concedat,atq̧ in ea nos via cum fructu boni operis quam ſe paſtor paſtorum eſſe teſta
tus eſt dirigat vt ſine quo nichil poſſumus per ipſum omnia implere valeamus,vniuerſa ſynodus ſur
gens acclamauit,Placet omnia,vt perpetua ſtabilitate firmentur rogamus.Dictum eſt octies.Et ad
iecit.Exaudi chriſte,ſymmacho vita,dictum eſt octies,vt hec intemerata ſeruentur.Dictum eſt de⸗
cies.vt iſta intemerato iure cuſtodiantur precamur,dictū eſt duodecies,Qui hec ſponte violauerit,p
petuo anathemate feriatur rogamus,dictum eſt quindecies,vt decreta noſtra confirmes precamur.
Dictum eſt decies & octies,Et facto ſilētio Symmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome di⸗
xit.Acclamationes veſtras ſynodicq̧ iudicium preſentia geſta ſuſcipiunt.Et adiecit.Ea que ad ſopiē⸗
dos veternoſe preſumptionis errores vel infenſe rebus eccleſiaſticis egritudinis morbos quibus vni⸗
uerſalis afficiebatur eccleſia deliberatio religioni congrua paciq̧ cōſtituit firmitate perpete ſocientur,
vt preſtante deo quem cuſtodem rerum conſtat eſſe bonarum ſynodalis ordinatio vigeat,atq̧ om⸗
nis qui ſine pſone alicuius diſtrictione venire preſumpſerit,indita ſuperius diſtrictione plectatur,Et
ſubſcripſerunt,Celius ſymmachus epiſcopus eccleſie catholice vrbis Rome his conſtitutis ſynodalibꝰ
a me probatis atq̧ firmatis annuens ſubſcripſi,Petrus epiſcopus rauennatis eccleſie his conſtitutis ſy
nodalibus a nobis probatis atq̧ firmatis annuens ſubſcripſi,Innocentius direntium tiberinorum.
Felix traruenſis,Seuerinus tundaritanus,Bonefacius aquileianenſis,Silianus veliternius,Maximus
bleranus,Sebaſtianus furanus,Emilianus furanus,Mercurius ganinati,Maximus ticinenſis,Felix a⸗
tellanus,Caſſianus mutinenſis,Ruſticus fuxentinus,Cerentius ſiculenſis,Propinquus tabenſis,Ste⸗
phanꝰ venuſinus,Adeodatꝰ formianus Laurētius benenſis,bonifacius cameritanus,Fortunatus ful⸗
ginenſis,Iuſtus ſignatinus,Mercurius ſiuiternus,Vindemius anteatinus,

Stephanus neapolitanus, Auguſtus liparitanus, Hylarius teuſanus, Valentinus amiternus, Maximilianus peruſinus, Fortunatus ſueſtanus, Innocentius ferentinatis, Iocundus auguſtanus, Concordius meſitanus, Trigidius tauriganus, Vitalis fundanus, viticanus celemenſis, Caſius portuenſis, Iohannes ariminenſis, Ariſtus oſtiēſis, Proculeianus ſepinatis, Martirius traconēſis, Candidus tiburtinus, Victor lunenſis, Aprilis laterianenſis, Aſterius aquinatis, Aſellus populonienſis, Griſogonus albanenſis, Memor caſſinuus, Amandus potentinus, Colonius forododienſis, Romanus numentanus. Helpidius voliternus, Vrſus reatinus, Iohannes turritanus, Creſconius tudertinꝰ, Adeodatus ſilue candide, Innocentius nauenatis. Venerius pallenſis, Iohannes ſpolitanus, Rogatus tauromenitanus, Euſtaſius cremonenſis, Seruus dei foreuenſis, Laurus vergomatis, Probus carcimeianenſis, Eucarpius mereſarpe, Dulcius ſancti autimi, Rufertius agnatinus, Leucadius iniuricanus, Serenꝰ nolanus, Eufradius galatinenſis, Martianus acanus, Theotiſtos peſſimitos, Futicius tranenſis, Helpidius mencenenterius. Fortunatus anagninus, Myſterius amorrius, Paſchaſius vulternenſis, Aquilas eudoxiados Innocentius foroſimpronienſis, Quiriacus troodanenſis, Felix nepeſinns, Pios peteniſſenſis, Hylarius tempranenſis, Longinus ortiſſu, Iohannes neapolitanus, Talaſius ceſarienſis, Conſtantinus militinenſis, Muſonius hiſſenus, Acatius arimatheus, Firminus termus, Adonius grauiſſu, Patricius tianenſis, Iohannes artis, Theodotius naciazenſis, Dorocheus neoceſarienſis, Ariſtomachus colenenſis, Ciros cibiſtrinenſis Iohannes ſebaſtenſis, Ceccupius ſebaſtranopolis, Iohannes polemnacus, Grādus ceraſſitenus. Atarbius talebuntis. Selenco amaſſenus, Anhonius amiſſenus

Explicit ſexta ſynodus romana ſub ſymmacho papa. Epiſtola eiuſdem ad Laurentium mediolanenſem archiepiſcopum.

A DILECTISSIMO ATQVE CARISSIMO FRATRI LAVrētio mediolanenſis eccleſie archiepiſcopo ſymmachus epiſcopus in domino ſalutem. Prodit religioſe votum conſcientie mēs laudibus deuota pontificū aſſertio ingenii eſt deo obſequentibꝰ mancipare quod loquimur, in quorum preconiis forte anguſtus ſermo prefulget imperitiā manifeſtat, tamē ſi abſtineatur infantia quis mendicam narrationē eſtimet quā vota locupletant: Sepe in facundie dotibus pauper inuenitur vena predicantis, & ediuerſo theſaurus cordis irradiat in egeſtate verborum. Qui vice dei iudicat non deſiderat picta alloquia, ſed que infucatus cōmendat nitor ingenii, quia in his etiam ſine amore blāditur eloquentia, in illis ſplendorem ſuum veritas nuda cōmendat. Siue falleris eſt omne quod dictat affectio advnguem fabricatur illa que volumus nō tam ſpeciē recti habere q̄ ſimilitudinē. Ad te venerabilis mihi antiſtes maxime ſermo eſt cui immeritorum teſtimonio virtꝰ cepit vocabulo in quo actus eloquitur vel qđ qui nomē appellat, Prouida parentrū diligētia tuorū, prius te eligi voluit q̄ probari. Te olim ſecularibus inherēte titulis cæſtrēſis ſudor excoluit. Et ad eccleſie gubernacula pars aduerſa ſolidauit, ſicut dn̄s loquitur per prophetam. Qui in minimo fidelis, & in magno fidelis eſt, Te ſacrum iudex & conſilii comitem meruit & laboris. Bene initiandus altaribus & in laica cōuerſatiōe qđ ſacrū eſſet elegiſti. Tu pudicitie in illa etate cuſtos inuentus es. In qua & lex obſequitur deſideriis. Satis enim eſt pueritie ambitum, quam licentia fulcit horreri, Chriſtus milites ſuos quos in perſonā dulcis attollat inter acies, querit hoſtiles. Aſcitꝰ eccleſie ſpontificem actibus impleſti ante tēpora dignitatis Nō aduena benignitas fuit que nature innixa radicibus de cano flore germen oſtēdit. Temporale enim eſt omne quod fingitur, perpetuū quod cum etate matureſcit. Nō tibi ſacerdotiū rem doni credimus eueniſſe ſed premii. Alii vulgari gratia lenocinante cōmēdātur, tibi rigida circa culpabiles diſtrictio dedit affectum. Manet te ſingularis ſapientia que licet generaliter optanda eſt, tamen exiſtit in magiſtro neceſſaria, fruſtra monitoris perſonā ſuſcipit qui impacti nō preualet eſtimare pondus officii, viliſſimus cōparādus eſt niſi precellat ſciētia, qui eſt honore preſtantior, Dedit tibi apicem res iudicii non fauoris, dignus pontifice eſt amor, quem cenſura conciliat, Deuenuſtat inſtitutoris geniū, qui per ſolam gratiam vult placere. Tu his eruditus & formatus celi beneficiis plus agendo populum inſtituis q̄ docendo, Illa monita diſcipulorū conſcientiam erudiunt que probantur exemplo. Sine pudore inuitat ad innocentiam, qui illam fuerit ipſe ſectatus. Te inter ſecreta penetralium quaſi teſtem metuunt qui peccare diſponunt. Naſcentibus culpis metus, & reuerentia tua negat effectum. Qui inter exordia occurrit vitiis, & occaſionem lapſuum adimit, & concupiſcētie purgat auctorem, hec beatitudini tue quaſi ſtrictim pro lingue mee

cōmendatione

cōmendatione dedicaui. ſi precibus vite ſucceſſus arriſerit geſtorum tuorum plena me relatione conſecrabo, vt que vniuerſis nota ſunt mãſuris in poſterū litteris quatin⁹ gaudeat acta ſecutura ſeruētur.

Item epiſtola eiuſdem ad liberium patricium.

SYMMACHVS EPISCOPVS ECCLESIE CATHOLICE VRbis rome liberio patricio ſalutem. Cum pro veneranda religione conſcientie verba dirigitis in aquileienſis electione pontificis & diuinis initiata lingua cultibus militat conſecrando in ignoti nos diligentia ſermonū vincla tenuerūt, quia nihil ſuperat diuitiis quotiens aliquid prrobatus extulerit. Quid eni ſententie ſequaciū derelinquat quando iuſticie obſequitur, cuius in examen definitio nō vocatur. Agitis bono conſcientie quod veſtro vix negatur imperio, Exiuit inter arbitros Marcellini venerabilis collega maximus hominū humilitate ſublimor, & ne poteſtati fauor per aliquos aſcriberetur interpretes, quod de proprio decerpſit ingenio, laudati iunxit ad precium, Egiſtis mediocrē, ne precelſi eſſet ſuſcepta predicatio, clariſſimorum teſtimonia vt vires accipiant culmina caſtigantur, felix ſacerdotium cui faciem pretulit plena mens luminis. Beata conuērſatio, que idcirco in diſcuſſionem deducta eſt, vt tantoviro affabulãte ſuperaret. Que nō didiciſſet ſaporē victorie, niſi ſubiacuiſſet incertis. Semper innocentibus gloriam aduerſa peperunt, prouidet defenſores fortiſſimos mediocris impugnatio. Sed quid epiſtole terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana concinnatione tranſgreſſus. Iungo & ego ampliſſimis partibus pro modulo exiguitatis proprie vobis celo obſequente conſenſum, & quod mirabile inter homines habetur cōſideratione vr̄i attrahor ad amorē, inſpirata mihi per alterū placere affectio, dum manet charitas imis inſerta viſceribus, pegrinante perſona comitem ſe tamen celeſtis gratia deſideriis iūgat, & dum cupitis datur affectus, aut veniat bonum pontificatus. aut faciat. Data. xviii. Calendas die. indictione. viii. A

# INCIPIVNT DECRETA HORMISDE PAPE.

i Aduerſus neſtorii & Duticetis blaſphemias.
ii De miſterio trinitatis quid perſone quid deſiguent ſubſtantie.
iii De diuitate & humanitate domini Ieſu chriſti.

GLORIOSISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO FILIO IVſtino auguſto hormiſda epiſcopus, Inter ea que ad vnitatem eccleſie pertinent, propter quã deus clemētie veſtre elegit imperiū, in litteris cōtuliſtis, hoc quoq; venerabilis imperator cura fidei cui multipliciter vos ſtudere declaraſtis, adiecit vt aliquorū preces perferēde ad humilitates mee noticiam iungerentur, quib⁹ vel quid queſtionis oriretur agnoſcerem vel ad ſubmouendū propoſite conſultationis ambiguū reſponſum a me religioſe ſententie cōueniens redderetur, legi omnia ſollicitudine qua decebat, & licet ad reſponſi plenitudinē ſufficere potuiſſet, ſi illa tantū que ab auctorib⁹ ſunt definita reſcriberem, tñ vt religioſi propoſiti veſtri remunerarē affectū non ſubtrahēdū credidi michi quoq; ſermonis obſequiū. Capitulum primum. B

Quid enim eſt quod emergētibus Neſtorii & Euticetis venenis paterna omiſit inſtructio? Pene omnes impietates cum inuentoribus tam nefandorum dogmatū cōuenientia in vnū ſynodica decreta preſſerunt, nec vlterius remanſit locus vllus tam diris pfidie ſeminibus amputatis aut xp̄m dn̄m credere ſine carnis fuiſſe veritate, aut eundem non & deū & hoiem de materni vteri intemerata fecūditate pdiiſſe, cum alter eorū diſpenſationē qua ſalauti ſumus negãdo quantū in ipſo eſt irritam faceret, alter opinione cōtraria, ſed impietate conſimili in eodē dño noſtro Ieſu chriſto poteſtatē diuinã a vera humanitate ſecluderet, neq; ille recordatus quia palpandã carnē ſuã chriſtus oſtenderit, neq; ille euangelii memor verbū carnē factū eſſe dicentis, cui vox dñi indeficienter inſonare debuerat quia dixit & docuit. Nemo aſcendit in celum niſi qui de celo deſcendit, filius hois qui eſt in celo. Sepe hec & multis precedētiū ſunt cōprehenſa ſententiis, Sed nec clementia veſtra licet iam dicta ſint, faſtidioſe poterit repetita cognoſcere nec nobis pudor ea que ſunt a predeceſſoribus noſtris predicata reuol- C